N. Inv. 667

Cassiodorus variarum magistri Johannis Dambrowka 1439 Comparatus per ipsum.

667

I

Cursu diuus Damiani Maternii
rum Ioanne Dymbovetzka

Comes sacrarum largitionum est per quem imperator suis contulit magisterium et libertatem

Comes privatarum rerum est qui privati commodi et superfluarum rerum administrationem habet et curas quae sunt in domibus regalium

Comes patrimonii est qui privatum imperatoris et nobilium [illegible] per quem [illegible] administrationem privatarum rerum

Incipit insigne opus Cassiodori variarum

Cum disertorum graciam aut communibus fabulis
aut gratuitis beneficiis nullis tamen institu-
tis meis collegissem dicta mea que in ho-
noribus sepe positus pro explicanda ne-
gociorum qualitate profuderam in unum cor-
pus redigere swadebant ut ventura
posteritas et laborum meorum molestias
quas pro generalitatis commodo sustinebam et sinceris con-
sciencie inceptam dinosceret actionem Dicebam dilectionem
ipsorum michi pocius fore contrariam ut quod michi propter
desidiam supplicancium putabatur acceptum pertractantibus
videretur insipidum Addebam debere illos Flacci dicta re-
colere qui monet quid periculi vox precipitata possit
incurrere scribendi celeritatem cautos iudicetis exigere Et
creditis me impenitenda proferre dictio semper agrestis est
que aut spaciis electis premeditata non comitatur aut uberiorum
nimie proprietatibus explicatur Loqui nobis communiter datum est
solus ornatus est qui discernit indoctos Nam cum
ad scribendum vacare auctoribus michi nec horarum mo-
menta prestantur Mox ut tempus clamoribus imminet
Et festinacione nimia geritur ne tardius cepta peragantur
Alter nos frequencia invidiose interpellacionis exaggerat
Alter miseriarum mole castigat Alii furiosa intencione commu-
ne sedicione certant Inter hec cur requiritis dictacionis
eloquium ubi copiam vix possumus habere sermonum Ipsas
quoque noctes inexplicabili cura cumulat ne desit
alimonia civitatibus quam super omnia populi plus requirunt
Studentes ventri non auribus hinc est quod cogimur anno per
civitates vel provincias et iniuncta propria inquirere quia non
sufficit agenda militibus imperare nisi hec iudicis assi-
duitas videatur exigere Nolite queso noxie nos amare
declinanda est suasio que plus habet periculi quam decoris
Sed illi pocius tali me disceptacione fatigant prefectu-
re pretoriane sedis omnes volunt cui quidem dignitati
occupaciones publice velut pedisseque semper assistunt
Ab hac enim exercituales flagitantur expense Ab hac

Dictus quit' sine consideratoe temporis pplorū. Hinc ecia ut
solū graue iudiciorum pondus adiectū est tui iddo leges
uise sūt immensū onus impone dum ad ipam honoris
gra maluerūt pene omnia ptine. Quod enī spaciū
possis publico labori surripe qui in unū pectus cofluit
quidq utilitas generalitatis expostit. Addimus eciam q
frequēr questure uicibus ingrauato ocij tempus adimi
crebra cogitatio. Etuelut mediocribus fascibus insudati
illa tri de alijs honoribus principes uident imponere que
pprij indices nequeunt expplicare, hec autem facis nulla
vendendo sed exemplo pprij genitoris abspantibus so-
los ipe labores decerpis. Sic petentibus pstando gratis
sub cotinencie munire cuncta mīralis regū. qui ecia gliosa
colloquia p magna dici pte in bonū publicū te occupare
nouimus ut fastidiū sit ociosū exoptare que tu cotinuo labore
cognoscis sustinere. Vnde hic magis tibi ad suffragiū laudis
pt pficere si inter tanta et talia ualuis legenda pferre.
Denique q uides uiros in rempublica cosilia facundia
ppatos labor tuus sine aliqua offensione potuit edocere.
Et usū que tu inter alternancium picula iactatus exerces.
illos qui sūt in tranquillitate positi cotigit feliciq adipisci.
Proinde q salua fide quasi feceris dissimulare nō potis
tanta regū beneficia si patis ignorari fruste maluisti
benigna sestimatione cocedi. Noli quesumus in obscurū si-
lencij reuocare qui te dicere meruerunt illustres digni-
tates accipe. Tu enim illos assūpsisti uera laude describere
et quodammo hystorico colore depingere. Quos si celebran-
dos posteris tradas abstulisti cosuetudine maiorū mori-
entibus decentem intitū. Deinde mores prauos regis auctori-
tate reddis et adhuc dubitas edere q tantis utilitatibus
vectoris excedentes audaciam frangis timore legibus
pbas posse congruere. Celas et ut ita dixerim speculū
mentis tue ubi te omnis etas uentura possit inspicere.
Cotigit enim plerumque dissilem filiū generari omo corato
dispar moribus nix pt inueniri. Est ergo ista ualde certior
arbitrij plebs. Diam quod de archano pectoris gignitur
auctoris sui postitas uarius estimat. Dixisti ecia ad

comendacionem universitatis frequenter regibus ac reginis laudes
duodecim libris gothorum hystoriam de floridis prosperitatibus con-
didisti. Cum tibi in illis fuerit secundus eventus quid ambigis et hec
publico dare qui iam cognosceris dicendi tyrocinia posu-
isse. Victus sum fateor verecundia mea non obsistente tantis
prudentibus potius cum me videam ex affectione culpari. Nunc
ignoscite legentes et si qua est in tanta presumptione suaden-
tibus potius imputate quia mea iudicia cum illis videntur
facere qui me decreverunt accusare. Et ideo quod in questure
magisterii ac prefecture dignitatibus a me dictatum in diversis
publicis actibus potui reperire bissena librorum ordinatione
composui. ut quamquam diversitate causarum legentis intentio
concitetur. efficacius tamen rapiatur animus cum tendit ad terminum.
Illud autem sustinere alios passi non sumus quod nos frequenter
incurrimus in honoribus dandis. Impositas et pro capite dic-
tiones que sic postulantur ad subitum ut vix eas scribi posse
videantur. Cunctarum itaque dignitatum sexto et septimo
libris formulas comprehendi. ut et quamvis michi sero pro-
spicerem et sequentibus in angusto tempore subvenire. Itaque
dixi de preteritis convenienter et futuris. quia non de personis
sed de ipsis locis que apta videbantur explicui. Librorum
vero titulum operis indicem causarum preconem totius orationis
brevissimam vestem variarum nomine prenotavi quia necesse fuit
nobis stilum non unum sumere qui personas varias suscepimus
ammonere. Aliter enim multa lectione saciatis. Aliter medio-
cri gustacione suspensis. Aliter a litterarum sapore ieiunis per-
suasionis causa loquendum est. ut interdum genus sit peri-
tie vitare quod doctis placeat. Proinde maiorum probabili
diffinicione sic optavi dicere ut audientibus possim concep-
ta vota suadere. Neque enim tam genera dicendi incassum
prudentes diffinivit antiquitas. humile quod colloquio ipsa
scribere videatur. medium quod nec magnitudine tumescit
nec parvitate tenuatur sed inter utrumque positum propria venustate
dictatum suis finibus continetur. Tercium genus quod ad summum
apicem disputacionis exquisitis sensibus elevatur. videlicet ut
ut varietas personarum congruum sortiretur eloquium. Et licet
ab uno pectore profluat diversis tamen alveis emanet. quo-
niam eloquentis obtinet nomen nisi qui tria ista virtute

[margin: iii genera dicendi — humilis / mediocris / grossus]

succinctus tamq̃ cingentibꝫ vilr̃ est patus· huc accedit qd̃ modo
regibꝫ mō p̃fatibꝫ aulicis· mō loqui uideamr̃ humilimis quibꝫ
aliqua cõtigit sub festinacõe pfunde. Alia uõ licuit cogitata
pferre ut mito variarū dicta: quod tanta diusitate cõficit.
Sz vtinā sicut ista regul accepisse pbam antiquis ita ead
pmisse resignent mita dictõnis. Actuappe humile de nobis
recunde pmittimq mediocre nō impbe pollicem. Sumu
uõ quod ppt nobilite sui est i edictõne cõstitutū nob atti-
gisse nō credimq vmtū sileant· p̄sumpcões nob illicite
qui legendi sumq incongrue rãmq viras de nob dispu-
tacões ingerimq qui vrã pocius iudicia sustinemq· R

P° tituli primi libri

Anastasio imperatori· Th̃ rex
Theodorio viro senatori· Th̃ rex
Cassiodoro viro illustri· atq̃ patricio Th̃· rex·
Senatui vrbis rome Th̃ rex·
Agapito viro illustri pontifici Th̃ rex
Felici viro clarissimo Theo rex·
Amabili executori epo Th̃ Rex·
Eustorgio viro venabli· mediolan· Th̃· rex·
Boetio viro illustri atq̃ patricio Th̃· rex
Servatato duci retiarū Th̃ rex
Eugenito viro illustri mgrõ officiorum Th̃· rex
Senatui urbis rome Th̃ rex
Fausto ppoito Th̃· rex
Festo viro illustri· atq̃ patricio· Th̃ rex
Juliano comiti· p̄imonij Th̃ rex·
Uniusis gothis et romanis Th̃ rex
Devtone cõsistentibꝫ Th̃ rex
Domiciano ul·
Saturnino et uxori sue Th̃ Rex
Albino et albiccio viris illustribꝫ atq̃ patricijs· Th̃ R.
Maximiano illustri et Andree viro senatori Th̃· rex
Martello viro senatori et aduocato fisci· Th̃· rex
Celiano et agapito viris illustribꝫ patricijs Th̃· rex·
Uniusis gothis Th̃· R. de exercitu mittendo ad expedicõm
Sabiniano viro senatori· Th̃· Rex
Fausto ppposito Th̃· Rex

Magni Aurelij Cassiodori Senatoris vi clarissimi et illustris exquestoris palacij ex consulis ordinarij. ex magistri officij prepositi atque patricij. facundissimi pariter et verustissimi eloquij variarum. Incipit liber primus

Sup restitucione pacis et concordie quietacione

.I.

De pace

Oportet vos clementissime imperator pacem querere qui causas iracundie cognoscimini non habere. Etenim ille mortalis iam tunc obnoxius qui ad iusta deprehenditur impatiens. Omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas in qua et populi proficiunt et utilitas gencium custoditur. Hec est enim bonarum arcium decora mater. Hec mortalium genus reparabili successione multiplicans facultates protendit mores extollit et tantarum rerum ignarus agnoscitur qui eam minime quesisse sentitur. Et ideo pijssime principum potencie vestre convenit et honori ut nostram concordiam querere debeamus cuius adhuc amore proficimus. Vos enim estis regnorum omnium pulcerrimum decus vos tocius orbis salutare presidium quod ceteri dominantes iure suscipiunt quia in vobis singulare aliquid inesse cognoscunt. Nos maxime qui

Divino auxilio iuvare publica vita dididimus quemadmodum ro-
manis in pace equaliter possimus. Regnum vestrum imitatio nostra
est forma boni propositi unici exemplar imperii qui quantum
vos sequimur tantum gentes alias anteimus. Hortamini me fre-
quenter ut diligam senatum leges principum gratanter amplec-
tar ut cuncta Italie membra componam. Quomodo potestis ab
augusta pace dividere quem non optatis a vestris moribus dis-
crepare. Additur etiam veneranda romane urbis affectio a qua
segregari nequeunt qui se nominis unitate iunxerunt. Proinde
illum et illum legationis officio ad serenissimam pietatem
vestram credimus destinandos ut sinceritas pacis que causis
emergentibus cognoscitur fuisse viciata detersis contentio-
nibus in sua deinceps firmitate restituta permaneat. Quia
vos pati non credimus inter utrasque res publicas quarum semper
unum corpus sub antiquis principibus fuisse declaratur aliquid
discordie permanere. Quas non solum oportet inter se ociosa dilectione
coniungi verum etiam decet mutuis viribus adiuvari. Romani
regni unum velle una semper opinio sit quicquid et nos
possumus vestris preconiis applicetur. Quapropter salutationis
honorificentiam presentes pura mente deposcimus ut sus-
pendatis mansuetudinis vestre gloriosissimam caritatem quam
ego sperare debui etiam si aliis non videtur posse concedi.
Cetera non per presentium latores pietati vestre verbo suggerenda
commisimus ut nec epistolaris sermo redderetur extensior et
aliquid pro utilitatibus vestris pretermisisse videremur. //

Honorem cuiusdam ... [illegible]

Rex Theodonio viro Senatori 2

Comitis Stephani insinuatione comperimus sacre
vestis opera quam nos volumus necessaria festinatione
compleri disrupto magisterii labore pendere. Dum
vero cursum subtrahendo solempnem abhominanda potius
in fore cognoscis tarditatem. Credimus eum aliquem pertulisse
neglectum ut aut tirones illi lactei carneo poculo
bis terque saciati pulcherrima nimis ebrietate rubuerunt
aut lane non noverint adorandi muricis profusionem
aut inequalitatem. Quapropter si perscrutator hydrontini maris in-
clusa cochilia solempniter condidisti apto tempore accumbens
Neptunius incubator florentis purpure ornator solus
aquarum copia resolutus ymbrem aulicum flammeo liquore

Minatur si non debito tempore sacram vestem attulit cochiliorum sanguine tinctam /
2

// vermes

laxasset. Color nimio lepore vernans, obscuritas rubens, ni-
gredo sanguinea regnantem discernit, dominum conspicuum facit et
prestat humano generi ne de aspectu principis possit errari. Mi-
rum est sub eadem illam morte confectam cruorem de se post spacia
tam longi temporis exudare qui solet e vivis corporibus
vulnere sauciatis effluere. Nam cum sex pene mensibus ma-
rine delicie a vitali fuerint vigore separate, sagacibus nari-
bus nesciunt esse gravissime, scilicet ne sanguis ille nobilis aliquid
spiraret horroris. Hec cum infecta semel fuerit perseverat ut
nesciat ante subtrahi quam vestis possit absumi. Credo si
conchiliorum qualitas non mutatur, si torcularibus illius
una vindemia est, culpa minorum artificis est cui se
copia nulla subtraxit. In illis autem rubicundis fontibus
cum albentes comas serici doctus moderator intinxerit
hoc de corporis purissimam castitatem quia talium rerum secreta
refugere diu immunda. Hec si omnia constituunt, si in nulla
parte permissa esse videtur solempnitas, miramur tua te peri-
cula nunc cogitasse, dum sacrilegus sit reatus negli-
gencie in tali veste peccare. Quid enim agunt tot artifi-
ces, tot nautarum caterve, tot familie rusticorum?
Tu quoque comitiva subnectis tantis iubes, tanta te
istius nominis presumpcione defendis ut cum regale opus
credideris agere in multis videaris tuis civibus imparem.
Hoc quod remissio tua negligit quod te et in provinciam sub-
mergeat et ad conspectum principis honorabilem venire facie-
bat. Quod te si facultatis tue adhuc cura non deserit,
si salutis proprie tangit affectus, intra illum diem immi-
nentem tibi harum portitore cum blacta quam nostro cubiculo
dare annis singulis consuevisti venire festina, quia iam non
compulsorem ad te mittimus sed ultorem, si aliquid credideris
ludificacione tardandum. Verum talis tantaque res quam
facili legitur inventa compendio. Cum fame canis avida
in tirio littore proiecta conchilia impressis mandibulis con-
tudisset, illa naturaliter humorem sanguineum defluencia ora
eius mirabili colore tinxerunt, et ut est mos de hominibus
occasiones repentinas ad artes ducere, talia exempla
meditantes fecerunt principibus decus nobile dare quod
mediocre noscitur. Hec enim sub eam. Eo a tyro et hydromitalica

Blacta [illegible]

aulicum profecto vestiarium non antiqua custodiens sed iugiter
novella transmittens. Vide ergo si quis te patiatur minus implere
quod nos tam necessarie cognoscis expetere. —

Cassiodoro viro illustri atque patricio :—

Concedit dignitas patriciatus

3

Quamuis proprio fruatur honore quod est natura laudabile
nec desinit probare conscientie fasces cum generant animo
dignitates. Omnia siquidem bona suis sunt iuncta cum
fructibus nec credi potest virtus que sequestratur a premio. Tu

Virtus non privatur premio

iudicii nostri culmen excelsum est quem qui a nobis provehitur
principis plenus meritis estimatur. Nam si equabilitas cre-
denda est que iustos elegit si temperancia predicatur que
moderatos efficit omnium profecto capax potest esse meritorum qui
iudicem cunctorum meruit habere virtutum. Quid enim magis quam
quam hic invenisse laudum testimonia ubi gratificacio non
potest esse suspecta regnantis quippe summa iudicium de solis

Laus ex actibus provenit

actibus sumit nec blandiri dignatur animus domini potestate munitus.
Repetantur certe que te nostris sensibus infuderunt ut laboris
tui fructum capias cum nostris animis singula suaviter
inhesisse cognoscas. In ipso quippe imperii nostri devoto
exordio cum adhuc provincialium corda rebus fluctuantibus
vagarentur. Et negligi rudem dominum ipsa novitas pateretur
Siculorum suspicancium mentes ab obstinacione precipiti de-
viasti culpam removens illis. Nobis necessitatem subtra-
hens ultionis egit salubris persuasio quod vehemens non
poterat emendare districtio. Caruit eos damna provincie que
meruit sub devocione nescire. Ubi sub primeve etatis initio ci-
vilia iura custodiens publica privataque commoda in-
avarus arbiter estimabas et proprio censu neglecto sine
invidia lucri morum divicias retulisti. Excludens vel
querelis auditum vel derogacionibus locum et quod vix solet
reportasti pari silencium voces tibi militavere laudancium.
Novimus enim testante Tullio Siculorum naturam quam sit facilis
ad querelas ut solita consuetudine possint iudices et de
suspicionibus accusare. Sed nos nec eo preconiorum fine contenti
Bruciorum et Lucanie mores dedimus tibi regendos. Ne
bonum quod peregrina provincia meruisset genitalis soli fortuna
nesciret. At tu consuetudine devocionis impendens eo nos
obligasti munere quo te putabamus omnia credidisse. Inde ampliando

debitum unicuique potuerat absolutum. Exstitisti te per cuncta iudicem
totius erroris expertem nec invidia quempiam deprimens nec
gratia blandiente sublimans. Quod cum ubique sit arduum
tunc fit in pecunia gloriosum ubi necesse est aut gratiam percella provo-
cet aut odium longe contentos exasperet. Oblectat quoque nos
actus praefecturae recolere totiusque Ytaliae notissimum bonum ubi cunc-
ta provida ordinatione disponens ostendisti quam leve sit
stipendia sub iudicis integritate dependere. Nullus gravitatem
obtulit quod sub equitate persolvit. Omnia quidem ex ordine
tribuit dispendium non putatur. Fruere nunc bonis tuis et
utilitatem propriam quam respectu publico contempsisti recipe
duplicatam. Hoc est enim vitae gloriosae commoditas dum et testes
cives habeas laudantes. Hinc est quod tot amplissimis laudibus
incitati patriciatus tibi apicem iusta remuneratione conferimus
ut quod aliis est praemium tibi sit retributio meritorum. Macte
virtute felicitate laudabili qui ad hanc vocem dominantis animos
impulisti ut honorum tuorum potius fateamur esse quod credimus.
Sint haec divino perpetrata auspicio ut cum haec pro remunera-
tione tribuimus ad inchoanda iterum tuis meritis expugnamur.

Ut Cassiodorus in suum suscipiat collegium dignitate patriciatus remuneratum

Senatui urbis Rome:

Optamus quidem patres conscripti coronam vestram diversorum fas-
cium flore depingi. Optamusque ut libertatis genius grata
videat turba senatus. Conventus siquidem talium
est dignitas imperantium et quidquid in nobis festiva gra-
tulatione respicitur nostris nec laudibus applicatur. Illud tamen
maxime desideranter appetimus ut collegium vestrum orent
lumina dignitatum quae decenter augmenta patribus reddet.
Cum aulica potestate evenerunt hos viros nostra perscrutata
intentio. His morum thesauris grandemque mentis in quibus
velut signatis honorum vultibus clementia nostra serve-
nitatis exprimitur. Hinc est quod Cassiodoro illustri atque mag-
nifico viro praecipue in re publica claritate notissimo pa-
triciatus dedimus pro remuneratione suggestum ut per honorem
magni nominis declararent merita sapientis. Qui non fragi-
li felicitate per incerta fortunae ludo ad apicem fascium re-
pentinis successionibus evolavit sed ut crescere solent vir-
tutes ad proprium fastigium conscendit gradibus dignitatum.
Primus enim ut scitis administrationis introitu comitivae priva-
torum mole fundatus est. Ubi non tirocinii infirmitate

Suggestus elatus ad probandum ...

Non

Valerius li. j.
Virtus ubi iuncta est honor ...

titubans novitatis initio. Vel innocenter erravit, sed abstinentiae
firmato vestigio imitanda incepit exempla. Cum mox deinceps
sacrarum largitionum honore suscepto crevit conversationis laude
quantum profecerat dignitate. Quid principiis reddita disciplina
quid diviso generi hominum momenta iustitie infusa refrang
Vixit tanta continentia ut equitatem et instituerit mo-
nitis et docuerit exemplis. Facilis enim recti persuasor est
Innocens iudex sub cuius praedicabili conversatione pudet
mores probabiles non habere. Criminis enim vocatur scelus in cuius
suggestu gremii complicem te videt. Incassum personam fic-
te sanctitatis inducit cum avarus pecunie ambitum dis-
suadet, cum legibus parendum censet iniustus. Non habet
districtionem generum cui auctoritatem libera conscientia non ministrat.
Crimen excessus tunc sunt in formidine cum creduntur iudicibus
displicere. Hos itaque sub praefecti veste gymnasiis exercitatus
eminentis laudibus ad palacia nostra pervenit. Meministis enim
et adhuc vobis recentium rerum memoria ministratur. Quanta
moderatione pretoriano culmini locatus insedit et cunctis
in celsum inde magis despexit vicia prosectorum. Nullo
quippe in plerisque moribus est elatus favore fortune in
coturnum se magne potestatis erexit. Sed equitate cuncta
gratam invicem in se reddidit odiosam. Maiora quam bene fecit optari
dum intra modestie timor magna cohibuit. Hic est
probate conscientie gratissimus fructus, ut quamvis summa potuit
iudicare, tamen ab omnibus plus meruit. Sumpsit bonum cum universorum
gaudiis nostra compendia contrario munificus et iuste
solventibus gratiosus. Sensit tunc res publica ex eius actu
cumulos innocentie viri, qui licet se moderando gloriosum
fecit, hoc tamen maius contulit quod bone actionis exemplum
sequentibus dereliquit. Pudet enim eum praeterire qui laudatur vix
potuisse succedere. Fuit itaque ut sitis militibus pendere
provincialibus mitis, dandi avidus, accipiendi fastidiosus,
detestator criminis, amator equitatis. Quid non fuerit illi
custodire difficile qui se a rebus alienis decreverat absti-
nere. Est enim incliti animi signum fame diligere commodum
et lucra potius odisse causarum. Verum hic nullo iure
invenitur qui proprios atque avi mores nobilissimos nesciret.
Cassiodorus siquidem precedentes fama concelebrat. Quod
vocabulum et si per alios videatur currere, per primum tamen eius

Fama per signum incliti animi

constat esse familie antiqua prole laudata per sapientes cum togatis
clari inter viros fortes eximii. Nam et valitudine membrorum
et proceritate corporis floruerunt, pater enim candidati sub Valen-
tiniano principe gessit tribuni et notarii laudabiliter dignitatem
honor qui tunc dabatur egregiis dum ad imperiale secretum
tales constet eligi in quibus reprehensionis vitium nequeat
inveniri. Sed ut se pares animi solent semper eligere pa-
tricio Ethio pro ruinanda re publica magna fuit caritate
sociatus quem tunc rerum dominus propter sapientiam sui et gloriosos
in re publica labores in omni parte consilii sequebatur. Ad atti-
lam igitur armorum potentem cum supradicti filio carpilione le-
gationis est officio non irrite destinatus. Vidit intrepidus
quem timebat imperium. facies illas terribiles et minaces
fretus veritate despexit nec dubitavit eius altercationibus
obviare. Qui furore nescio quo raptus mundi dominatum
videbatur expetere. Invenit regem superbum sed reliquit pla-
catum et calumpniosas allegationes eius tanta veritate de-
struxit ut voluisset gratiam quaerere cui expediebat pacem
cum regno ditissimo non habere. Erigebat constantia partes
timentes nec imbecilles sunt crediti qui legatis talibus
videbantur armati, pacem retulit desperatam cuius legationis
quid profuerit datur intelligi que tamen est grata nec recepta
quantum et videbatur optata. Mox honore illustratus mox
redditum dona equus arbiter offerebat. Sed illa porig-
natiua moderatione ditissimus dignitate suscipiens ociosa
in remuneratione loca expetiit amenissima Bruciorum
negata illi non potuit optata quietem. Qui cum reddi-
dat ab immani hoste securum, tristis ab obsequio suo
reliquid quem bonum rectorum fuisse cognovit. Avus enim Cas-
siodorus illustratus honore cinctus qui cuius [illegible] non potest
abnegari a Wandalorum incursione Brucios Siciliamque
defensione liberavit armorum. Ut merito in primatu illis pri-
matum haberet quas a tam sevo et repentino hoste defen-
dit. Debuit itaque virtutibus eius res publica quod illas
provincias tam vicinas Gensericus non invasit quem postea
truculentum Roma sustinuit. Hii autem et partibus orientis
per eum laude viguerunt. Heliodorus enim qui illa re publica
nobis videntibus prefecturam bis novenis annis gessit

Firmus filius tyrannidis

Commendatur eloquentia legati missi ad Attilam

eximie. Quorum consanguinitati probat(ur) adiungi genus in utroque
orbe p(re)clarum. Quod gemino senatui detine(tur) aptatum tamq(ua)m
duobus limbis oculatum claritate purissima radiavit. Quo circa
se quemis nobilitas ultra distendit q(ua)m hic que in utroque
ordine clara esse p(ro)meruit. Bis in p(ro)vincia hono(re) iudicis et
securitate p(ri)vati cunctis illius nobilitas potior om(n)i(bus) ad se ani-
mos attrahebat. Ut qui libertatis iure non poterant subdi.
videre(n)t(ur) magis contin(u)is b(e)n(e)ficiis suaviter obligari. Tanta
q(uoque) et(iam) p(ro)prio(rum) sui ubertate gl(ori)atus est, ut i(n)t(er) reliqua
dona equinis gregibus p(ri)ncipes vinceret et donando sepius
invidiam non h(ab)eret. Hinc est q(uod) candidatus n(oste)r Gothorum
semp(er) armat exercitus. Et bono instituto melior q(uam) a pa-
rentibus accepit hereditariam largitate custodit. Que i(de)o
p(er) ordinem percurrit n(ost)ra dignatio ut unusquisq(ue) intelligat
et pe(ri)tur(as) suor(um) apud nos laudes posse reparare qui
vincere p(re)cla(ro)s elegit institutis. Et i(de)o patres conscripti
quia nobis est commodus honor bonor(um) et iudicium v(est)r(u)m
v(est)r(u)m comitat(ur) assensus p(ro)speris auspiciis suscipiat(ur) eius
provectus qui sibi fecit gr(ati)am patere cunctorum. Est enim
potius vicissitudo q(ua)m p(re)mium, ut qui nos p(ro)babili actione
coluerunt favore recipro(c)o gratulentur.

R(ecipe) Floriano viro Senatori

Ut in lite s(ente)n(ti)a diffinita sue(tur)

[A]d immensum trahi non debent finita litigia. Que enim
dabit(ur) discordantibus pax si nec l(egi)timis sentenciis ac-
quiescant. Unus enim inter humanas procellas portus
instructus est. Quem si homines fervida volu(nta)te p(re)tereunt
inundosis iurgiis semp(er) errabunt. Ideo sp(ec)tabili(ta)ti tue
p(re)ntibus effam(ur) oraculis quatinus si ita res se h(ab)eat ut
a partibus supplica(n)t(ium) et in comitis Anne i(n)d(ic)to in aure(n)s
fundi controversia statutis l(egi)timis est bis (de)cisa nec aq(uiescere)
p(ro)ba(tur) appellac(i)o(n)e suspensa que sunt decreta s(er)ventur.
Quia sicut nolumus oppressis negare iudicium ita irro-
nabilibus querelis non p(re)bemus assensum. Cogi enim d(ebet) ut sit
quietus qui suo vicio renuit esse pacificus. Na(m) et medendi
peritus invitum frequ(enter) sanat egrotum dum voluntas rata
in gravibus passionibus non est sed potius illud appetit(ur) q(uo)d
a salutis iudice gravare posse sentitur.

Agapito viro illustri pontifici

Decet principem cura que ad rem publicam spectat augendam. Et vere dignum est regem edificiis palacia decorare. Absit enim ut ornatui cedamus veterum qui impares non sumus beatitudine seculorum. Quapropter in Ravenna urbe basilice Herculis amplum opus aggressi cuius nomini antiquitas convenienter tribuit quidquid in aula predicabili admiratione fundavit magnitudini tue studiosissime delegamus ut secundum breve subter annexum de urbe nobis marmorarios peritissimos destines qui exquisite divisa coniungant et venis colludentibus illigata naturalem faciem laudabiliter menciatur. De arte veniat quod vincat naturam. Discolores cruste marmorum gratissima picturarum varietate texantur. Quia illud est semper in precio quod ad decorem fuerit exquisitum. Hos sumptus subvectiones quas postulatis ne quamquam vestram gravet impendium quod ad utilitatem volumus respicere singulorum.

Ut destinet peritos marmorarios ad edificanda pallacia — 6

Subvectiones: podwodia

Felici comiti viro consulari

Renancii tutoris pulsatione cognovimus ea te quando debueras actionem usatu, ut eum que proprio sumptu minuere debuisses dispendio proprietatis affligeres. Affinitatem quippe tuam sola rerum debuerat impensa testari. Quale quaeso videtur sanguine coniunctis quod animosum probaretur extraneis. Atque in priori iussione censemus ut quicquid Ancotherio prodiga voluntate lascivo te non tam comparasse quam surripuisse cognoscis incorporandum militi nostro sine aliqua dilatione restituas. Nec nos huiusmodi scimus cogitationes legibus vindicare. Qui nunc videmur omnia mansuetudine temperasse, perire enim pupillo non patimur quod est parentibus sub nostra laude donatum. Gravissimum est enim pro talium premia subtrahi quod collatum est munificencia principis. Reliqua vero que pro iugalis tue assis portione concepto iusticie tramite dimisisse, sed tamen appellanda divisio est quam sub unius celebratam constat arbitrio. Sic ad nostrum comitatum festines occurrere ut inter vos ea que iusticie conveniunt ordinemus. Iniquum est enim ut de una substancia quibus competit equa successio alii habundanter affluant alii paupertatis ingemiscant incomodis.

Sequitur

Ut affinis pupillo reddat substanciam — 7

Tutori ut res pupilli lacratas (?) [illegible] restituat.

8

Amabili exercitori &c.

Ordini nobis est in commune cunctos protegere sed eos maxime quos scimus nominis defensione (?) destitui. Sic enim equitatis libra servabitur si auxilium largiamur imparibus et metum nostrum pro pupillis insolentibus opponamus. Fortuna minorum principem querit. Cura in usurpacionem nostram torruunt quibus se publica nota subducunt. Venancii itaque tutoris pupilli lacrimabili suggestione comperimus Neotherium fratrem suum affectu germanitatis oblitum hostili furore bona pupilli lacerasse. Quod per virum nos actitate commonuit ne largitas nostra qua velut titulum volumus pietatis existere usurpata presumpcionibus videatur illicitis. Et quia dubium non est in repeticione minoris maxime sub mora dispendia tarditatis. Ideo ergo devocio tua nostra iussione firmata si nichil est quod racionabiliter a pulsato possit opponi postulatas res predicto tutori faciat sine dilacione restitui. Aut si quid est quod de presentis partibus intencio retentatoris obiciat legali porcione precedente ad nostrum deproperet venire comitatum. Ut allegacionibus agnitis per nostre equitatis consuetudinem iudicemus.

Eustorio venerabili viro Mediolanensi episcopo.

Ut corrigat falsos criminatores cuiusdam episcopi.

9

Nota

Grata est condicio subiectorum ubi vivitur sub equitate regnancium. Nec dubio dumtaxat errore racio veritati a[illegible]. Quo debent non mutanda constitui. Fidem siquidem verum avaricione colligimus que numquam desidantibus absconditur si suis vestigiis perquiratur. Atque ideo ergo beatitudini vestre grandis iussimus esse confidimus presenti tenore declaramus Augustane civitatis episcopum proditoris prave falsis criminacionibus accusatum. Cui a nobis honoris pristino restitutus ius habeat cum patre omne quod habuit. Nichil enim in tali honore temeraria cogitacione presumendum est. Ubi si proposito creditur et tacitus ab excessibus excusatur. Manifesta pinde crimina in talibus vix capiunt fidem. Quodque aut ex invidia dictum veritas non putatur. Volumus enim impugnatores eius legitima pena percelli. Sed quoniam et ipsi clericatus nomine fungebantur ad sanctitatis vestre iudicium cuncta transmisimus ordinanda. Cuius est equitate moribus talibus imponere que nominis tradicionem ecclesiastica custodire. &c.

Boetio viro illustri atque patricio :—

Licet universis provincialibus sit impendenda iusticia que
sic nominis sui obtinet dignitatem si equali modera-
cione et potiores curat et humiles confidencius tamen
illam expetunt qui a palacii milicia non recedunt. Ociosos
enim constituit prestacio ad munificenciam principalem. Consuetudo autem
quodam debito redditur fidelius obsequenti. Domestici patres
equitum et peditum qui more aule videntur insistere excubantes
quod ex magnis fieri doloribus solet adunata nobis suppli-
catione conquesti sunt ab illo archario prefectorum pro emolimentis
sollempnibus non integri ponderis solidos percipere. Et in
numero quia se dispendia sustinere. Quapropter prudencia vestra
lectionibus erudita domesticis scelestam falsitatem a con-
sorcio veritatis eiciat ne cui sit appetibile aliquid de illa
integritate subducere. Haec enim que appellatur arismetica
inter ambigua mundi certissima racione consistit quam cum
celestibus equaliter novimus. Evidens ordo pulcra disposicio
cognicio simplex immobilis sciencia que et superna continet
et terrena custodit. Quid est enim quod aut mensuram
non habeat aut pondus excedat. Omnia amplectitur
cuncta moderatur et universa hinc pulcritudinem capiunt
quia sub mensura posita esse noscuntur. Iuvat inspicere quemad-
modum denarius numerus more celi et in se revolvitur et numquam
deficiens invenitur. Crescit nova condicione per se re-
cedendo addita sibi semper ipsa calculacio et cum deminui
non videatur excedit. Ex modicis inflexionibus et in amplitudinibus
digitis et erectis redditur semper extensior. Et quanto ad
principium suum supputacio redit tanto amplius indu-
bitanter augetur. Quantitate innumerabili arena maris gutte
pluviarum stelle lucide concluduntur. Auctori quippe suo
omnis creatura sub numero est. Et quidquid ad existenciam
pervenit a tali condicione non potest dimoveri. Et quoniam delectat
nos secreciora huius discipline cum scientibus loqui pecunie
ipse quamvis usu celeberrimo viles esse videantur. Anim-
advertendum est quanta tamen a veteribus racione collecte sunt. Sex mi-
lia denariorum solidum esse voluerunt scilicet radiantis metalli
formata rotunditas etatem mundi quasi sol aureus convenienter

Et per arismeticam quidam dubietates ... apud mercatores distinguat

10

Nota de Arismetica

Sapiencie xi: omnia fecit in pondere numero et mensura [illegible]

includeret. Denarium vero quem non inmito prestitum docta definivit antiquitas. Uncie qui mensure primus gradus est appellatione signavit. Quam duodecies similitudine mensium computatam in libre plenitudinem ad anni curricula collegerunt. O inventa prudentium o provisa maiorum exquisita res que et usui humano necessaria distingueret et tot archana nature figualiter contineret. Merito ergo dicitur libra que tanta rerum est consideratione trutinata. Talia ergo secreta violare et certissima velle confundere. Nonne veritatis ipsius videtur crudelis ac feda laceratio. Exerceant negociatores in mercibus emantur late que vendant augustius. Constet populis pondus et mensura probabilis quia cuncta turbantur si integritas cum fraudibus misceatur. Mutilari certe non debet quod laborantibus datur, sed a quo actus fidelis exigitur compensatio imminuta prestetur. Da certe solidum et aufer inde si prevales. Trade libram et adde si potes minuere. Cuncta quibus nominibus ipsis constat esse precisum aut integra tribuis aut non ipsa que dicuntur exsolvis. Non potestis omnimodo non potest nomina integritatum dare et scelestes imminutiones efficere. Providete itaque ut et arbiter arche habeat istas consuetudines suas et quod bonum meritis impenditis incorrupto munere consequantur.

Senato duci Recianum

Ut spoliatores ablata restituat

II

Decet te honorem quem geris nomine moribus exhibere ut provinciam cui presides nulla facias violencia paciatur, sed totum cogatur ad iustum unde nostrum florescit imperium. Quapropter Moniarii supplicatione commoti presentibus te affatibus oraculis. Ut si vera mancipia eius Breonces irrationabiliter cognominis abstulisse. Qui militaribus officiis assueti civilitatem premere dicuntur armati et ob hoc iusticie parere despiciunt quoniam ad bella marcia semper intendunt. Dum nescio quo pacto assidue dimicantibus difficile est morum custodire mensuram. Quapropter omni prorsus remota que de presumptione potest virtutis assumi postulata facies sine intermissione restitui. Ne per dilationis incommoda corporis videatur supplex odisse victoriam.

Eugenio viro illustri magistro officiorum

Pompa meritorum

[P]ompa meritorum est regale iudicium. Quia nescimus
ista nisi dignis impendere. Et quamquam potestati nostre
deo favente subiaceat omne quod volumus volun-
tatem tamen nostram de racione metimur ut illud magis estimemur
elegisse quod cunctis dignum est approbari. Hinc est quod te virtuti doc-
trine studia laudabiliter exequentem pridem ad questure
culmen elegimus ut honesti laboris tui fieret premium digni-
tas lucrum. Quid enim dignius advocacionis officio si per cuncta
impendatur ornatus. Qui pressum negociorum ad suas trahit
molestias ut laboribus subveniat alienis. In hoc campo
exercitatus cursu meritorum ad palmam nostri iudicii pervenisti.
Nec tamen benignitas nostra una remuneracione contenta ho-
nores geminat et augmenta congeminat et eo studio dona
repetat quo omne debeat quod probat. Quapropter magisteriorum
infulas dignitatis usurus omnibus privilegiis que tuos ha-
buisse constitit decessores. Gratus itaque tanto iudicio letare
suscepto qui per laborem honoris tui honorem altius accipere
meruisti. Quid enim de provectibus tuis sentimus premio secunde digni-
tatis declaramus augmento. Ubertati sunt fasces ex fascibus et nam
vernantes fetus arborei pullulavit ita decet abscisse.
Utinam te hec remuneracio sacietate non expleat nec det laboribus
tuis ferias nostri laus inventa iudicii. Desiderabilior quidem
fit honestas cum pervenitur ad premium ut tunc fiat gracius
labores anxios fuisse cum pressum tum te fructum eorum intelligis
invenisse. Honores ergo quos summis ex cartis reddere de meritis.
Nosti bene quo nobis studio placeat qui ab ipsis consiliis
penetralibus venis. Meministi quociens apud nos lau-
dati sunt innocentes quociens bonis actibus reddimus merces.
Ore tuo iudicia nostra loquebantur exemplis talibus
incitare. Esto innocencie templum temperancie sacrarium
ara iusticie. Absit a iudicialibus mentibus quod profanum
ut pro principi sub quodam sacerdotio famulatur //

Senatui urbis Rome

[D]ignitas patres conscripti dum ad incognitum venit do-
num est dum ad expertum compensacio meritorum quorum
alter debitor iudicii alter obnoxius est favori.
Hos enim estimacione subvehimus alios gracia promovemus

Concedit magisterii dignitatem

12

[illegible]

Ut ipsum collegium suscipiat dignitate magisterii fulgentem

13

Et ad omnes indulgencie vias nostra se relaxabat humanitas.
Sed amoris nostri intuitu commovemur quotiens in cetum nostrum de-
ducitur qui de gloriosis virtutibus estimatur. Quamdiu enim huma-
nitatis floris et honore curiam decet. Nunc sicut arx decus urbium
ita iste ornamentum est ordinum ceterorum. Atque ideo engenitem
illustrem virum laudati dogmatis opinione fulgentem ma-
gisterii honore subnexuimus ut gereret nomine quam possidebat
virtutis dignitatem. Quis enim tot eius officiosos labores
ignoret quos non utilitate mentis exercuit sed prodicinis
honore superavit. Dedimus itaque personam cunctis honoribus parem
ut alterutrum decore fulgentes mutua se gratia qualitatis
ornarent. Hic est qui nostro pridem lateri invidiosus questor
adhesit quem livoris nebula nulla fuscavit. Nec mali-
volencie studio nocendi artes fellitis sensibus exquisivit.
Sincero pectoris archano puritati nostre paruit et ad
pietatem iussionum innocenciam suam prebuit. Atque eam dolo-
sus non arbitrium sed imperantis sed suas potius explicet
voluntates. Hortis esse evidens nostrum in hac parte iudicium
ut post illius apicis culmen ad altam conscenderet dignitatem.
Nec passi sumus ociosum quem nostra non sinebat esse privatum
Severi solis consuetudinibus estimandus qui hoc susceptum
dicere pagat. Alterum tamen eadem gratia claritatis illuminat. Hunc
ergo patres conscripti tot virtutis absolute velut certe favor
vester excipiat. Debetis enim bene gerentibus ut eos laudis
vestre comitetur assensus. Nam si equorum cursus hominum cla-
moribus incitatur et insonancium manibus agitur ut
a mutis animalibus appetatur velocitas quantum inde
homines stimulari posse credimus quos ad laudis avi-
ditatem natos singulariter invenimus.

Vio

Fausto preposito

Ut coquentibus faciat tributa debita solvi.

IX

Libenter omnibus prebemus assensum quotiens non est iniusta
postencium. Quia nec decet esse beneficium difficile quod
largitas non patitur detrimentum. Et ideo precelsa
magnificencia tua quod a cathaliensibus inferebatur gene-
triarum faciat annis singulis in tributaria summa persolvi.
Nec post super hanc partem paciantur supplices aliqua quomodo.
Quid enim interest quo nomine possessor inferat dummodo

p9

sine imminucione quod debetur exsoluat. Ita et illi suspectu-
ctiarum nomen auferimus et a nostra mansuetudine impor-
tunitates competencium summonemus.

Festo viro illustri et patricio.

Ut absencium domus suas custodiat facultates.

17

G ratum nobis est quociens talis estimacio de meritis
magnitudinis tue prodit ut et infirmorum auxilium
et absencium credaris esse tuicio. Nam ideo prior esse
meruisti senatus ut sequentibus pietatis contemplacione
prestares. Unde fit ut bona nobis restat opinio gloriose
actionis exemplo. Nulli enim ipsa res a distributore
committitur nisi de cuius bene consciencia iudicatur. Ideo presenti
iussione decrevimus ut domus patricii Agnelli ad Affricam
descendentis qui regum petens altius nostris est utilitatibus
serviturus salvis legibus tua tuicione valletur. Ne violen-
tos cuiusquam impetus sub tanta defensione domus paciatur.
Perniciose sunt enim semper iniuriis facultates absencium. Et
quadam videtur occasione derelictum trahi qui non potest
amici iudicis persuadentis desultacione terreri. Ideo quia
celsitudo tua quam votum pium habere convenit erigat hu-
miles deprimat opprimentes. Et quod prestantibus virorum est
proficias cunctis cum universis celsior inveniris.

Rex Iulio comiti patrimonii.

Ut indulgeatur pensio quibus frumenta concremata sunt per inimicos.

16

I llud amplius nostris utilitatibus applicamus quod miseri-
cordi humanitate concedimus. Regnantis enim facultas
tunc fit ditior cum remittit. Et acquirit nobiles the-
sauros fame neglecta utilitate pecunie. Hinc est quod
mansuetudinis nostre humanitate commoniti opem fessis
manum porrigimus oneratis. Ut pietatis nostre remedio
surgant qui fortune sue acerbitate corruerant. Du-
dum siquidem conductores apuli deplorata nobis adicione
conquesti sunt frumenta sua inimicorum subrepcionibus concre-
mata postulantes ne cogantur ad integram prestacionem
quibus commerciorum sunt commoda diminuta. Quibus nos
pro ingenita humanitate compaciendum esse iudicamus ut
quorum non possumus accusare desidiam relevanda esse
estimemus fortuna. Inde enim constitutas pensiones infri-
volumus unde constat subitos commoda consecutos. Et ideo
hanc causam sublimitate tua iubemus diligenter inquirere

Li

Ut quantum minus eos vendidisse constitit de reliquis prime indictionis moderatione habita detrahat. Ita tamen ut nulla fraus nostris beneficijs inseratur. Nec aliqua negligentia reddaris obnoxius qui semper nobis intentione providda placuisti. Quia sicut nos tangunt supplicium dampna ita nobis corpe fructuosa debent esse compendia.

Universis gothis et romanis dertono consistentibus

Ut castrum edificijs muniatur

1a

Publice utilitatis vos commoniti Qua cura semper oneramur libentius. Castrum iuxta vos positum precipimus communiri quia res preliorum bene disponitur quotiens in pace tractatur. Munitio quippe tunc efficitur prevalida. Si ex cogitatione diutina fuit roborata. Omnia subita probantur incauta et male construccio loci tunc queritur quando iam pericula formidantur. Adde quod animus ipsius non potest esse in audacia pronus qui diversa fuit cura sollicitus. Hanc misso expeditionum nomine ... maiores quam mens devota plus non ... alijs cogitationibus occupatur. Quapropter amplectanda est res que qualitatis consideratione precipitur. Nec moram faciatis in mature iussionum que devotos maxime noscitur adiuvare. Et ideo presenti auctoritate decrevimus ut domos nobis in predicto castello alacriter construatis. Reddentes animo nostro ... bonum. Ut sicut nos nostris utilitatibus profutura censemus. Ita tempora nostra ornatiores pulcrioribus fabricis senciamus. Tunc enim accidit ut et sumptu competentes vestris iam penatibus congregatione ... habitatio nobis non sit ingrata quam ipsa potest commendare constructio. Quale est rogo in laribus proprijs esse cum diversinas mansiones hostis cogitur sustinere. Ille imbribus pateat. Vos tecta defendant. Illum media consumat. Vos copia provisa reficiat. Sic vobis tutissime constitutis hostis vester ante eventum calamitatis fata patietur prudentis. Constat enim tempore necessitatis illum probari virum fortissimum qui se per multa non distrahit. Nam quis cum hostibus prudenciam putet si tunc cepit fabricis operam dare. Aut penum condere cum oporteat bella tractare.

Utilitas castri

18

Domiciano et Julie

Oportet vos colere et observare iusticiam qui equitate

Iudex ad interloquendum super dubitatione quesita preminentiam domini suum 4

publicis dicione suscepistis quoniam non licet eum delinquere quia alios
creditur sub equitatis regula continere ne fiat exemplum pravum
qui electus ad laudabile cognoscitur institutum. Et ideo ad
interrogationem vestram curavimus probe rursus ne per dubitationem
possitis errare nisi quod absit sponte velitis excedere.
Si romanum predium ex quo deo propicio fontis fluenta trans-
misimus ubi primum ytalie nos suscepit imperium sine delega-
toris cuiusquam pictacio presumptor barbarus occupavit. id
priori domino summota dilatione restituat. Quod si ante
designatum tempus rem inde ingressus quoniam prescriptio probatur
obviare tricennium peticionem iubemus quiescere pulsatoris.
Illa enim reduci in medium nolumus que nostris temporibus presump-
ta dampnamus. Et locus calumpniandi non relinquitur
cum longi temporis obscuritas prestitur. De percussione tamen
non est peremptore filius quamquam omni tali lege dampnetur.
Solum quod sit parricidium quod totius tragediam reatus
exsuperet. Tamen humanitas nostra que semper est in scelestis locum
pietatis inquirit. provinciali auctoritate definit ut huiusmodi portenta
provincie finibus abigantur. Nam quibus fuit societas corpo-
sa parentum civium non merentur hoc consorcium ne puritatis
iocunda serenitas nebulosis maculis polluatur.

Saturnino et Vrbosio viris illustribus Sen.

Ut compellantur subditi fisci debita explere et contumaces puniantur.

19

Fisci volumus legale custodire compendium quia nostra
clemencia rebus propriis videtur esse contenta. Et sicut
nullum gravare cupimus ita nobis debita perdere non
debemus. Indigenciam iuste fugimus que suadet excessus.
Dum periculosa res est in imperante tenuitas. modus ubique
laudandus est. Nam cur aut vituperabili negligencia
in propriis defluat. aut aliena cupiditas turpis abradat.
Et ideo presenti iussione precipimus ut Adriane civitatis cura-
lium insinuatione suscepta. Quicumque gothorum fiscum de-
trectat implere eum ad equitatem redibitionis arcetis
Ne tenuis de proprio cogatur exsolvere que constat ydone-
os indebite detinere hac scilicet racione servata ut si quis con-
tumacie vicio maluerit nostra iussa tardare cum mulcta
reddat que eciam debuit non compulsus offerre quatenus
proterno spiritu indecenter erecta impunita istis seculis

Nota
Modus laudandus est

no relinquat audacia &c.

Albino et Albieno illustribus atque patriciis

Vt spectacula constituat panthominum ad leticiam populorum

20

Licet inter gloriosas rei publice curas et vectigalium sollicitudinum salutiferos fluctus, post minima videatur principe de spectaculis loqui, tamen pro amore rei publice romane non pigebit has quoque cogitationes intrare, quia utrumque pariter possumus dignum nostris sensibus estimamus, presertim cum beatitudo sit temporum leticia populorum. Illud enim provocante deo labores nostros asserit quod se otiosam generalitas esse cognoscit. Partis itaque prasini insinuata petitione comperimus. Ordinem hic introductum est ut populorum inde de notentur seditio, nec turbulente a quodam scelestissimus incitari, et inde tam leticie publice ad furoris flamma pervenisse. Ordo utique gaudii decoram non potest habere qualitatem ubi pacem non meruerunt possidere communem. Et ideo dignum est clementiam nostram has quoque partes aspicere ut ubique possit morum probitatem lucere. Non enim ullorum popularium mania cogitamus, sed pernitiose semen seditionis excludimus. Quapropter illustris magnitudo vestra praesenti iussione commonita provocantium partis prasini quod gloriose recordationis pater noster impendit dignanter assumat. Putamus enim non debet iniuria populos regere gubernare romanos; vestra si honorum omnium tam penset pro illorum utilitate delecti sunt qui honores gloriosos accipere meruerunt. Convocatis igitur spectatoribus de Helleandrio et Thorodo qui leticie publice aptiores fuit estimatus, populi confusione sublata constituatur a vobis prasini panthominus. Certus sumptum quem pro spectaculo civitatis impendimus contulisse videamur electis. Hanc partem musice discipline mutam nominavere maiores, scilicet que ore clauso manibus loquitur. Et quedam gesticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua aut scripture contextu possit agnosci.

21

Maximiano viro illustri et Andree viro Senatori

Vt intendat fabricis civitatis Rome

Provocandi sumus affectuosis civium studiis ad augmenta civitatis. Quia nemo potest diligere quod habitatores intelligit non amare. Unusquisque pariter sua

Tullius li. 1 de officiis. Sed cum omnia ratione [illegible] carus omnium [illegible] nulla est gravior nulla est carior quam ea que est ad rempublicam. Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares; sed omnes omnium caritates patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus.

Ouidius 2 de fastis. Res dura est [illegible] prudens; sed tamen optat fumum de patriis posse videre focis. Nescio qua natale solum dulcedine cunctos ducit et immemores non sinit esse sui.

patrie naturalis amor et alius amor · (Cassiod.) ... d quam dulcoris ... fugitiva et albus ... / dum prope capti fuerunt aliquos ... dulcia · 3 patriam alienus appetit esse · P 6 ...

ingenium ut nature furentis ardores ita ad utilitatem hu-
mani corporis temperet vt quod in origine dare poterat
mortem doctissime moderatum et delectacionem tribuat et
salutem. Iuuat etiam videre nec secretum vel latices
vapores igneos exalantes admixtum vndis indesinenter
ardorem et calorem venire de cursu riui vnum vsualiter so-
lebat extingui. Merito dicunt philosophi elementa contrariis mutuis
complexionibus alligari et mirabili federacione coniungi,
que inter se contraria intelliguntur vnitate pugnare. Ecce
madentem substanciam vapores producere constat ignitos
que mox ad termarum edificia decora peruenerunt.
Illis ardentibus vnda descendens et aera sua qualitate
succendit et tactu fit habilis cum recepta fuerit in laua-
cris. Unum non tantum deliciosa voluptas acquiritur quantum
blanda medicina confertur. Sed sine tormento cura; sine
horrore remedia; sanitas impunita; balnea contra diuer-
sos dolores corporis attributa. Que merito appollonium grecia
lingua beneficialis nominauit antiquitas vt causam
tanti remedij eger cognosceret cum de tali nomine du-
bium nil haberet. Quamvis alia loci ipsius bona illud quoque
stupendum esse didicimus quod vna fluentorum natura diuersis
ministeriis videatur accomoda. Nam pergimus a suscipiente
collisa inhalat proxime cellule sudatoria qualitate

Deinde in solum mitigata descendens minaci ardore de-
posito suavi temperatione mollescit. Mox in vicinum pro-
ducta cum aliqua dilatatione torpuerit multo blandius in-
tepescit, postremo ipso quoque delicto tepore in piscinam
neronianam frigida tamen efficitur quantum prius ferbu-
isse sentitur. Viro in vicino auctoris sui participans nomine
collega est eius viriditate geminati. Ut ipsa quoque
vitrei elementi colore perspicua quasdam trementes
undas quieta commoveat. Quarum ut ipsum quoque lavacrum
mundius redderetur, stupenda quadam continentie disciplina
dum in undam qua viri recreantur si mulier descendat
incenditur. Propterea quia et ipsis alterum exhibitio decora
collata est. Sine ardentium aquarum fecundissimum locum
non credunt fuisse unum plurima largiri (?) si uterque sexus
uno munere communiter uteretur. Haec perennitas aquarum per
ignea terre venas occultis meatibus influens intel-
ligendi prestat audaciam. Exas demum in auras erumpere
ad exoctam fontis irriguam puritatem. Verum si nec fuisset
illud incendium sine intellectu substantie non esset amissum. Sed
aque materia sibilis (?) sicut pestiferum contraxit ignem
sic iterum nativum facile resumit algorem. Prestat et aliud
adiutorium geminis viribus medicabile. Nam iuxta caput
fontis scintillosi quendam sub meatum provida natura fornicem.
Hinc desuper sella composita que humanis necessitatibus
opera perforatur in asside. Et estuosos suscipit humores
defluentes intrinsecus ubi dum fessi nimio languore conse-
dunt delectatione illius recreati vaporis et lassa viscera
reficiunt. Et humoris noxia infusione largitatis vita-
li aviditate constringunt ut quicumque aliquo desiderabili cibo
referti valentiores queat pertingere invenire. Sic medi-
cabilis substantia venit a sulphure quod calet a salsu-
dine que desiccat, talia posteris non tradentes gravius
in longevitate profanet (?). Curam per illic antiqua edificiorum
soliditas iniungitur ut sive in turrellis sive in ther-
mis fuerit ad reparandum te debeat imminente reconstrui.
Virgulta quoque noxia importunitate nascentia evulsis
cespitibus auferantur. Ne radicum quidam capilli pau-
latim turgescentes fabricarum visceribus inserantur et more
viperio prolem sub fecunditate contraria nutriat. Unde se

Apoda (?) … loci subsellio … [illegible]

37

compagto casura disrumpat, palaciu quoz longa senec-
tute quassatu assidua roboratoe reparatoe corroborata.
Spaciu quod mt eodem publicanu et caput ignitis fontibus mt-
iacet siluestri aspitate depurgata videat florenti gramine
facies decora campestribus que et ardentibus aque fertilitate
letatur. Miro quodam modo dum proxime salem generat salem
inutriat pitet et virores. Sed non his tantum beneficiis an-
thenorea tua fecunda est. Infert et alia que inulto genere
dinis obstupescas. Corda namque ut ita dixim fontium
secreta quadam licet contenciosa negociacione diuulgat.
Nam si quis forte pecus furatum pilis natiuis solito
more spoliare presumpsit vndis ardentibus frequenter
immersum necesse est ut ante decoquat quam emundare pre-
valeat. Miro secretario iure veniendum qui in his agere
licat. Miro secretarium iure venerandum ...
non solum sermo sed et verum constat esse indicium et quod humana
nequit altercatione dissolui. datum est equitate fontium
diffiniri. Loquitur illic tacita natura dum iudicat et sinam
quandam modo dicit que perfidiam negantis excludit.
Sed quis ista conseruare negligat quamuis plurima terra.
Siquidem ornat regnum quod toto con-
citate sordescat. Et ideo pecunia que tibi
stat orbe singulariter nominatum. Et ideo pecunia que tibi
data est si opus non potest implere susceptum quantum adhuc
inpendendum esse credideris auxiliis nobis breuiter in-
dicabis quia non grauamur expendere vt tanta videa-
mur viribus amena ut memoria custodire.

De quodam citaredo doctissimo de uirtute symphonie de arte musice de modis eius et inuentoribus

Ro.

Boecio viro patricio

Cum rex francorum conuiuii nostri fama pellectus a
nobis citharedum magnis precibus expetisset sola
ratione complendum esse promisimus quod te eruditione
musice notarum esse peritum. Adiacet enim vobis doctum
eligere qui disciplinam ipsam in arduo collocatam potuistis
attingere. Quid enim illa prestancius que celi machinam
sonora dulcedine. Et nature conuenienciam ubique dis-
persam virtutis sue gracia comprehendit. Quidquid enim in
se continencia non recedit, per hanc competenter cogitamus,
pulchre loquimur, conuenienter mouemur. Que quociens
ad aures nostras disciplinae sue lege peruenit imperat cantum

Dictus Simphonia

mutat animos

mutat animos artifex auditus. Et oposita delectatio. Hec tum de secreto nature tanquam sensuum regina tonis suis ornata procedit. Reliquae cogitationes exiliunt omnia quam faciat eici ut ipsam solum modo delectet audiri. Tristiciam uox ipsa iocundat, tumidos furores attenuat. Cruenta seuitiam efficit blandam. Excitat ignauiam. Languore minuit. Sopore vigilantibus salubrima quietem reddit. Curatis. Hamata turpi amore ad honestum studium reuocat. Castitatem sanat mentis tedium. Bonis cogitationibus semper ad usum ad ampliatum gratiam odia pernitiosa conuertit. Et quod beatum curationis genus existit per dulcissimas uoluptates expellit animi passiones. Incorporeum animam corde mulcet, et solo auditu ad quod uult deducit quam tenere non preualet. Verbo tacitus manibus clamat. Sine ore loquitur. Et per insensibilium obsequium exercere preualet sensuum dominatum. Hec enim totum mentem homines quoque tonis agitur qui singulos premiciarum ubi recepti sunt nominibus uocitantur. Miseratio quippe diuina localiter posuit gratia dum et omnia sua ualde fecit esse laudanda. Dorius pudicicie largitor et castitatis effector est. Frigius pugnas excitat. Votum furoris inflammat. Eolius animi tempestates tranquillat. Sompnum quia iam placatis attribuit. Bestius intellectum obtusis acuit et terreno desiderio grauatis celestium appetentiam bonorum operator indulget. Lidius contra nimias curas anime tedia quam repertus remissione reparat et oblectatione corroborat. Hoc ad saltaciones corruptibile seculum flectens honestum remedium turpe fecit esse commercium. Hic uero numerus quinarius trina diuisione consistit. Omnis enim tonus habet summum et ymum. Hec autem ducuntur ad medium et quinque sine se esse non possunt que alterna uicissitudine referuntur. Vtilitas inuentum est. Artificialem musicam uel auctor operibus diuersis organis exquisitam modis xv. continere. Hiis rebus aliquid maius adiciens humana solercia tres quandam armoniam doctissima inquisitione collegit. Tunc diaposon nominatur ex omnibus scilicet congregata. Vt uirtutes quas uniuersum melos potuisset haberet. Hec adunatio mirabiliter continet. Hinc orpheus

Inuectores tonorum

mutis animalibus efficacit imperavit vagosque greges con
temptis pascuis ad suaves cantuum epulas invitavit Illo
cantante siccas tritones tubas amarunt Galathea lusit
in solidis deseruerunt ursi amabiles silvas leones do
mestica tandem cantica liquerunt Inter praedonem suum
praeda gaudebat in unum conventum contraria vota colla
ta sunt Et fidem dante lyra omnia bona crediderunt adversa
Amphion quoque dirceus canendo cordis thebanos
muros dicitur condidisse ut cum homines labore marcidos
ad studium perfectionis erigeret saxa ipsa creduntur velut ex
rupibus advenisse Museum etiam et artis orphei filium
et nature Maronis propotens lingua concelebrat
dicens apud inferos in summa altitudine constitutum cord
per campos elisios felices animas vii cordarum pulsibus
amenabat Significatas summo premio perfrui cui disci
pline huius contigisset suavitatibus epulari Sed hec omnia
humano studio per manualem musicam videntur effecta
Rationalis autem rithimus animate voci cognoscitur
attributus Qui tunc melos pulcre custodit si apte
taceat congruenter loquatur Et per accentus viam musi
cis pedibus voce composita inventa est quoque ad permo
vendos animos oratorum fortis ac suavis oratio ut
criminosis irascantur iudices misereantur errantibus
Et quidquid potest eloquens efficere ad huius disciplinae non
est dubium gloriam pertinere Poetis et terentiano testante
duo primum metra principalia sunt tributa id est heroicum et
yambicum unum quod erigeret alterum quod placaret Ex
quibus diversa provenita sunt ad oblectandos animos
audientium Et ut in organis toni ita in humana voce
varias affectiones animi metra quedam pepererunt Sire
nas inusitatum cantasse curiosa prodit antiquitas
et quamvis navigantes fluctus abduceret carbasa ventus
inflaret eligebant suaviter decepti scopulos incurrere
ne tantam paterentur dulcedinem preterire E quibus solus
evasit ythacus qui nautis ceram non propria dulcedinem
sollicitatorem pretereunt obstruxit auditum Cogitatur vir
prudentissimus felicissima surditate et quam vincere

intelligendo non poterant non audiendo melius superabat
Se uero solide arboris constrictis nexibus illigauit ut et
famosos cantus probare liberis auribus potuisset et perida
dulcisone uocis vnda rapiente victus euaderet. Venit
ut et nos talia exemplo sapientes itaci tuscamus. Loquimur
de illo lapso de celo psalterio quod vir toto orbe cantabi-
lis ita modulatum pro anime sospitate composuit vt his
ymnis et mentis sanentur uulnera et diuinitatis singularis
gratia conquiratur. Et quod seculum miretur et credat pe-
pulit et dauidica lira dyabolum sonis spiritibus imperauit
Et canente ter cythara rex in libertatem redyt quem
internus inimicus turpiter possidebat. Nam licet huius
delectacionis organa multa fuerint exquisita nichil tamen
efficacius inuentum est ad permouendos animos quam con-
caue cythare blanda resultatio. hinc eciam appellatam
estimamus cordam quod facile corda moueat. Vbi tanta
uocum collecta est sub diuersitate concordia ut vicina
corda pulsata mox alteram faciat sponte contremiscere
quam nullum contigit attigisse. Tanta enim uis est conue-
niencie ut rem insensualem sponte se mouere faciat.
dum eius sociam contigerit agitari. hinc diuerse ue-
niunt sine lingua uoces. hinc variis sonis efficitur
quidam suauissimus chorus. Illa acuta nimia tensione
Ista grauis aliqua laxitate. hec media tertio blandissime
temperato. vt homines se ad tantam producere non ualeant
vnitatem. In quantum ad socialem conuenienciam vocum con-
cinencia peruenit. Ibi enim quisque excellenter quidem ponde-
ratim quidem rauce quidem purissime alias quam dis-
tancias sonat quod in vnum ornatum constat esse collectum
Et ut dyadema oculis varia luce gemmarum sic cy-
thara diuersitate soni blanditur auditui. Ausonium
loquar tela stamina neruosa fila canencia in quibus
arguto plectro regitur quod dulciter audiatur. hanc ergo
admiracionis rarie testudinis mercurius dicitur inuenisse.
Nunc utique tam utilissima probantes astronomi inter-
stellas requirendam esse putauerunt persuadentes celestem esse
musicam. Cum hac forma comprehendere potuit mirificata
collocata. Armonia uero celi humano sermone non potuit

Vtrum psaltus dauidici

ydonee explicat qua vo tm animo dedit ſz auribz nc no prodidit dnc em debere credi ut btitudo celestib illis oblacoibz pfruatur Cum nc fine deficit nc aliqua intermissione marcescit In ipo quippe imtu hitare rese- runt supna ipis deliciis celestia pfrui Et talibz con templacoibz inhencia btis iugiter delcacoibz conti- nere Sz quid arbitrati sit i creatore no insonis causa celestis btitudinis posuissent Vbi uacit sine fine gau- dium est sine aliquo tedio manens semp etnitas Et inspectio sola dmtatis efficit ut beatus ee nc possit. Hec uariter phennitate pstat, hec iocundetc accumlat Et sicut pt ipam creatura no extat Ita sine ipa inco- mutabilem leticia hre no pualet Sz qm nobis fca est uoluptuosa discressio quia semp gratu est de doctrina colloqui cu pitis Cytharedu que a nobis depimo pastulatu sapia vra eligat puti tempe meliorem- ffacturu orpheitu aliquid du dulcisono gentilium fera corda demulcerit Et que nobis cre fuint acte tante vobis ex ura dignitate compensatoe equabili- referuntur Cum et inpio uro paretis z quod vos clari- ficare possit efficitis

Conctula de uictoria psuadz ut cessz a bellado z transmittit cytha- redz expetitu

81

Regi francorum

Gloriosa quidem vre gratulamur affinitc victoris q gente francoru prisca etate desidem felicie i noua plia concitastis z alamanicos populos cas- tris fortioribz inclinatos victrici dextra subdidistis Sz qm semp i actoibz psidie reserabilis vt excesso quia nc pmatoru plectibil culpa oinz dz ee vindicta motus vros infessas reliquias tempare qz iure gre uentur euade Cruce ad pentu vrorz defensio- nem respicitis cofugisse Estote illis remissus qui uris finibz celant exstiti Memorabil triumphz e- uris finibz celant extiti amemorabil triumphz e alemannu sic acerrimum expauisse vt e cu cogtas de uite munere supplicare Sufficiat illu rege cu gentes cecidisse supbia, sufficiat inumabilem nacom ptim ferro ptim seruicio subiugata z Nam si cu reliqs cofligis adhuc cunctos supasse no credereis Accipe i talibz causis frequentr exptu ca michi bella pueneruit

feliat⁹ que mod̄ato fine pacta sunt. Is enim vincit assidue qui novit omnia temperare dum iocunda prosperitas illis blanditur potius qui austeritate nimia non rigescunt. Cede itaque suaviter gentis nostre que b⁹ gentilitas commu remittere consuevit exemplo. Sic enim fit ut et meis petitionibus satisfecisse videamini ne sitis solliciti ex parte qua ad nos cognoscitis potius. Evocata salutantes honore et affectione qua dignum est. Illum et illum legatos nostros ad excellentiam vestram consueta caritate direximus per quos et sospitatis vestre indicium et prospere petitionis consequamini effectum. Credenda vero que ad nos pro vestris utilitatibus pervenerit per harum portitores verbo nobis insinuanda commisimus ut fautores effecti optata possitis victoriam constanter explere. Vestra siquidem salus nostra gloria est et toties regnum ytalie proficere iudicamus quoties de vobis leta cognoscimus. Cytharedum et arte sua doctum pitus destinavimus expetitum. Qui ore manibusque consona voce cantando gloriam vestre potestatis oblectet. Quem ideo fore credimus gratum quia vos eum indicastis magnopere diligendum.

Incipit liber Tercius 2ᵘˢ

Alarico regi vulsigothorum th⁹ rex.
Gundebundo regi burgundionum th⁹ rex.
Epistola uniformis talis ad turionum regem th⁹ rex.
Regnarnorum regi ad turingorum regem th⁹ rex.
Ludwin regi francorum th⁹ rex.
Importuno viro illustri patricio th⁹ rex.
Senatui urbis rome th⁹ rex.
Januario viro venerabili episcopo th⁹ rex.
Venantio viro Senatori correctori lucanie et brutiorum et possessoribus defensoribus et curialibus estimis consistentibus th⁹ rex.
Fausto viro illustri prefecto urbis th⁹ rex.
Senatui romano th⁹ rex.
Simmacho viro senatori th⁹ rex.
Garrigenti viro venerabili episcopo th⁹ rex.
Theodohado viro senatori
Gestiello viro senatori th⁹ rex.
Universis provincialibus galliarum th⁹ rex.
Gemellio viro Senatori th⁹ rex.

Ingenium / honor prima / honor publica / honor / dignitas / rigor / ordinator — Genus; genialis — comes / tinnis / affinis

A Ch[...]

Constituta / recto / necessitas / [...] / [...]

L

Commonitorium danieli · th' rex
Crimule saioni et ferro tincto apparitoribus th' rex
ffausto uiro illustri · th' rex
Artheinidoro uiro illustri th' rex
Vniuersis barbaris et romanis per panoniam constitutis th' rex
Symeoni uiro Comiti th' rex
Esimi uiro illustri comiti th' rex
Johanni uiro senatori consiliario campanie th' rex
Cassiodoro uiro illustri patritio
Argolico uiro illustri prefecto urbis th' rex
Senatui urbis rome th' rex
Gemello uiro senatori th' rex
Argolico uiro illustri th' rex
Massiliensibus romulo th' rex
Agrigerno uiro illustri comiti th' rex
Petro episcopo th' rex
Vnandil th' rex
ffelici th' rex
Vniuersis prouincialibus in gallijs constitutis th' rex
Gemello uiro senatori th' rex
Vniuersis prouincialibus in gallijs constitutis th' rex
Vniuersis spartario th' rex
Vniuersis possessoribus arelatensibus th' rex
Agrigerno uiro illustri comiti th' rex
Adeadaco th' rex
ffausto preposito th' rex
Vniuersis gothis et romanis circa turrura castellum
consistentibus th' rex
Honoratis possessoribus defensoribus et curialibus cathe-
mensis ciuitatis th' rex
prouincialibus noricis th' rex
ffausto preposito th' rex
Consulari uiro illustri th' rex
Apromiano uiro illustri th' rex

Alarico Regi etc.

Vt armis hostem suum non impetat. sed concordiam amplectatur.

1

Quamuis fortitudini vestre confidenciam tribuat parentum vestrorum innumerabilis multitudo. quamuis attilam potentem reminiscamini wisigotharum viribus inclinatum. tamen quia populorum ferocium corda longa pace mollescunt. cauete subito in aciem belli mittere quos constat tantis temporibus exercitia non habere. Terribilis est hominibus conflictus si non sit assiduus. Et nisi usu presumatur conctandi subito fiducia non habetur. Absit ut vobis ad indignacionem cita surripiat moderacio provida subditas gentes seruat furor autem instancia plerumque precipitat. Et tunc utile solum est ad arma concurrere cum locum apud aduersarium iusticia non potuit inuenire. Quapropter sustinete donec ad francorum regem legatos nostros dirigere valeamus ut litem vestram amicorum debeant amputare iudicia. Inter duos etenim nobis affinitate coniunctos non optamus aliquid tale fieri unde unum minorem contingat forsitan inueniri. Non vos parentum fusus sanguis inflammat. non grauiter urit occupata prouincia. Adhuc de uerbis parua contencio est facillime transigitis si non per arma vestros animos irritetis. Obiciamus quamuis cognatos cum viris comuratis eximias gentes. iusticiam tamen que reges efficit omnium forciorem. Cito conuertit animos qui contra se tales senserit armatos. Et ideo honorificenciam salutacionis prelocuti legatos nostros illum atque illum ad vos esse credimus dirigendos. Qui nobis et mandata nostra sufficienter insinuent. Et usque ad fratrem nostrum gundibaldum ut alios reges cum vestra uoluntate deproperent. Ne uideamus eorum immissione laborare qui maligne gaudent alieno certamine. Resistant enim diuina ut super nos iniquitas eorum preualeat. Commune malum vestrum iudicamus inimicum. Nam ille me merito sustinebit aduersum qui vobis nititur esse contrarius.

Gundibundo regi burgundionum

Vt una cum legatis suis laboret pro concordia inter reges affines quattuor

2

Graue malum est inter caras regias personas voluntates sibimet uidere contrarias et dissimulando spectare ut de uno aliquid dolendum possit emergere

Non sine invidia nostra geritur si nobis patientibus affinium
clade dimicetur. Habetis omnes per me pignora magne gratie
non est unus ab alio segregatus. Si quid in vobis delinquitis
meo gravius dolore peccatis. Nostrum est regios iuvenes
obiecta ratione moderari quia illi tunc nobis vere sentiunt dis-
plicere qui dum male cupiunt audaciam sue voluntatis re-
tinere non possunt. Verentur senes quamvis sint florida etate fer-
ventes. Sciant nos adversarios esse contrarietatibus suis et i-
velle persequi ne ab utrisque possit excedi. Decet enim nos
aspera verba dicere ne affines nostri ad extremum debeant perve-
nire. Et ideo illum et illum legatos ad fraternitatem tuam credidimus
destinandos ut sicut filio nostro Alarico visum fuit ad regem
Francorum ipsos cum coniunctis nobis gentibus dirigere debeatis
quatinus causam que inter eos vertitur amicis mediis ra-
nabiliter abscidatur. Convenit enim tales tantos quoque reges
non inter se lamentabiles rupturas querere ut de suis et nos
possint casibus sauciare. Quapropter fraternitas vestra hinc
compassionis studio concorditer nitatur reparare concordiam.
Quia nemo potest credere sine meo voto illos ad hec prelia
pervenisse nisi omnino claruerit ne ad conflictum veniant
nostra intervenisse clementia. Aliqua vero a presentium gerulis
verborum simone vobis commisimus intimanda ut sic provi-
dencia vestra cuncta componat quemadmodum consuevit
deo iuvante perficere unde solet diligentissime cogitare.

Epistola universis ad Herulorum regem et Thoringorum regem

Ut ad regem superbum legatos dirigat quatenus a bellando desistat.

3

(superbia dimicati sp) ex rosam persequi debet generalitatis assensus. Nam
qui vult opinabilem gentem voluntaria iniquitate
subvertere non disponit ceteris iusta suadere. Pessima consue-
tudo est despicere veritatem, credet enim omnia cedere si elatu-
dine contigit inabhominabili clementie superare. Et ideo vos
quos conscie virtus erigit et consideracio detestabilis presump-
cionis attendit, legatos vestros una cum meis et fratris mei
Gundibaldi regis ad Francorum regem Ludwicum destinate
ut ante se de Wisigothorum conflictu considerata equi-
tate suspendat et leges gentium querat aut omnium pacia-
tur incursum qui tantorum iudicium iudicat esse contempnendum

Quid queritur ultra cui offertur absoluta iusticia. Dicam
plane quod sencio: qui sine lege vult agere, cunctorum
disponit regna quassare. Sed melius inter initia perniciosa
reprimatur assumpta ut sine labore efficiatur omnium quod
etiamen ec potat singulorum. Recolite namque Eurici
senioris affectum quantis vos iuvit semper muneribus, quo-
ciens a vobis proximarum gencium imminencia bella
suspendit. Reddite filio eius graciam quam tamen agnoscitis
vestris utilitatibus attributam. Nam si tanto regno ali-
quid prevaluit, vos aggredi sine dubitacione presumit. Quapropter
propter excellenciam vestram ... salutantes per
legatos nostros illum et illum portitores verbo vobis aliqua
dicenda commisimus ut vos qui nostrum sequimini deo iuvan-
te dispositum unius nobiscum complectamini assensus et fe-
dere agatis ne vestris provinciis dimicare possitis.

Vt desistat a proposito bellandi

Ludwico regi francorum

Deo inter reges affinitatis iura divina talescere voluerunt
ut per eorum placabilem animum quies optata proveniat populorum.
Hoc enim sacrum est quod nulla commocione permittitur vio-
lari. Nam quibus obsidibus habeatur fides si non credantur af-
fectibus sociantur. Permittente domino ut naciones divise volun-
tate debeant consimili gloriari et quasi per alicuos quosdam concor-
die adunata se possint gencium vota comprimere. Que
cum ita sint miramur animos vestros sic causis medio-
cribus excitatos ut cum filio nostro rege alarico durissimum
velitis subire conflictum ut multi qui vos metuunt
de vestra concertacione letentur. Ambo estis summarum gencium
reges ambo etate florentes. Non leviter regna vestra
quassatis si data partibus libertate confligitis. Vtique vestra
virtute non fiat inopinata calamitas quia grandis in-
iuria est regum causis levibus gravis ruina populorum.
Dicam libere dicam affectuose quod sencio. Impaciens
sensus est ad primam legacionem arma protinus commovere vel
a partibus quod queritur electis iudicibus exponatur. Nam inter
vos gratum est nobis tales viros dare quos mediatores
velitis accipere. Quid enim vos ipsi de vobis estimare
potestis si intenciones vestras arbitrio reliquisse cognos-
citis. Absit ille conflictus ubi unus ex vobis delevi

potius inclinatus. Abicite ferrum qui in meum pugnatis multis
obprobrium. Iure patris vobis interminor et amantis. Ille nos
et amicos nostros patietur adversos qui talia monita
quod non opinamur crediderit esse temnenda. Quapropter
ad excellenciam vestram illum et illum legatos nostros mag-
nopere credidimus dirigendos per quos eciam ad fratrem vestrum
filium nostrum regem Alaricum scripta verba direximus ut nul-
latenus inter vos scandala seminet aliena malignitas
sed in pace permanentes que sunt medys amicis finire pla-
tabiliter debeatis. Per eos et verbo vobis aliqua dicenda
mandavimus ut gentes que longa pace sub vestris flo-
ruerunt parentibus subita non debeant concussione vastari.
Illi enim credere debetis quem vestris utilitatibus gaudere cog-
noscitis. Nam qui vult in precipites alterum casus mittere
eum certum est fideliter non monere.

Importunio illustri Patricio

Si te aut nobilitas sola decoraret aut morum tantum
laude polleres consequendas forsitan dignitates
dilacione probabili libraremus ne magis vilescerent
cum simul omnia provenirent. Nunc autem tecum universa sic
agmine conveniunt nec desit unum quod predicatur in plurimis.
Convenit institutis nostris ut cum tibi bona copiosa contuleris
ubertim te repleat munificencia principalis. Non enim cres-
cendi tibi hic ordo qui multis est. Nam paulatim
provehi mediocres probantur esse virtutis dum morosum agnos-
citur quod sub tarditate reparatur. Saltu quodam se tendit
tua prosperitas solaque a nobis perfectio queritur cum nobilitati
tua multa nascantur. Elaborate sunt enim longa etate tibi
multa nascantur. Elaborate sunt enim longa etate tibi
consulis dignitates que notissimo quodam titulo la-
verunt in tua familia posuerunt. Nam ut prisca secula tran-
seamus que affatim viros sunt visa proferre precipuos ge-
mino vadias patris ac patrum decore conspicuus
qui non solum ornamentum familie sed ipsi decus senatui
prestitere moribus. Fuit moribus ornabatur antiquis
bonitate preditus constancia gloriosus in amicicia promi-
tus ad odia sumenda difficiles. Ita quod maior felicitas esset
generis tum multe probarentur esse potencie invidiam illos

Laudatur de parentibus et predecessorum virtutibus

Nota

Si dicitis affatim [illegible]
[illegible] affatim [illegible]

psequenciu contigit no hoie pendebant qui ymo cta eos
aupia uota ciuitatis crescens sup pnatos publica
amor eoru senatus amy eorz sequeba turba ppositi
Et neē eāt romam uelle quod cucti uideba optare
Miro qz psspitatis euentu firmum cta eos custodiebat
arbitriu uoluntas uasta pplorum Quod mt ceteras
dignitates nunqz iudicamus ee ppipuum Nam si pau
coru amor iuste amato dat gliam Tante qz ciuit
assēsus quod p thoe pconium Pinde sicut omia incsta
uidentur obscura sic gnalr pclara dilecta sunt Tot
qz pentu laude decorus tuorz z moru luce pspicuus
sume pq consulares fasces eunitos patriatq insignia
tuaru nunqz plenariu dignitatu Et iam honoris
infulis adultam cinge cesariem qui multorz laude
etatis pudicia supasti Cur em eueniret tarde pma
cui tot gnis suffragabant exempla Eligit quippe
in te nascendi laus pmerendi gla z cum multa tra
has ab antiquis meruisti placere de ppis Ab ipo qz
vite pncio quod mt adulanciu grges raru solz ee
nobiliby studuisti fidem uirtutiby exhibere Atqz ideo
instituti tui firma uestigiu ut qui pmeruis gliam
cōseruetqz eis pflorentiby annis gliosis honoiby augeare
Inspice denicqz quanta tuorz laude ppipua decoreris
Culpe gnus est no te fecisse quod suum qz de matu te
quippe tua multo meliora dnt uenire qui i etate te
nera tefecisse nouimus pdicanda Confidimus em nec
tui gnis institutu n nom cta te currisse posse indicari

Laudado de pdictis
nutr. de uitaz pcicia

Senatori vrbis Rome z

Gratu quidem nob est pres cōscripti psonas nouas
ad honoru celsa pducere delectat pcerum germinis
nouos gremio libertatis inserere ut uariis fron
descat senatus aula uirtutiby ornat em talis mlti
tudo conuentu z leta reddit faciē publicā honorata
frequencia Sz multo nob pba acceptius quocies dig
nitatiby reddimus qui de ipa curie claritate nascunt
qua no sut de vobis examina nostra sollicita Du pudi
cata bona tu fundiatis qui nuta cu luce pstatis Hoc o
ipa iam glia est laus nobilit cōnascitur Sz vobis

Laus nobilit cōnascitur

[D]e est dignitatis quod inite principium. Senatus enim honorum
amplissimus vobiscum cingitur, ad quem vix maturis eta-
tibus pervenitur. Hoc licet de vobis omnibus pariter iudicemus
ut ordinis geminum complectitur gratia senatorum. Maioris sere-
nitatis vestre luminibus Deciorum sanguis irradiat, qui tot
annis continuis simul splendet claritate virtutis. Et
quamvis rarum sit, gloria tamen non agnoscit. Tam longo ste-
mate variata seculis suis producit nobilis vena prima-
rios. Nescit inde aliquid nasci mediocre, tot probati
quot geniti. Et quod difficile pervenit electa frequencia.
Ecce pullulat ex uno germine quadrifarium decus,
orbis exemplum, honor civium, gloria generis, senatus aug-
mentum. Qui quamvis dignitate fulgeant maiorum, invenies
tamen quem possis laudare de propriis. Respicite itaque iuvenem
tali proforme gratiam mentis tamen pulcritudine plus placentem.
Refert facie sanguinis decus, proditur animi natura per vultum,
et serenitate corporis nubila quoque mentis abstergit.
Unum habet nec bona litterarum decoravit insignibus ut pote
magnarum artium dispositus mentis penetralibus plus lu-
cet. In libris veterum Decios cognovit antiquos, no-
bilem quoque progeniem gloriose mortis beneficio viventem. Feli-
cissimus profecto studiorum labor, cui priscorum carmine
contingit discere parentes, et de avita laude primordia
tenere preceptoris eruditione. Libet referre quem magno tunc
spectaculo totius scole tenera contuebatur aspectus. Cum
cum audiret ponderum illa mox intendebat herede [illegible]
ut quem auctorem cognoverat dicere, prius possit filium eius
approbare. Nam sicut indigna posteritas laudes antiqui-
tatis abnegat, ita preclara de patribus egregie dicta confir-
mat. Creditum est de his omne quod legitur dum promia
veterum parentibus docuit vena virtutum. In auditorum offi-
cina ingeniorum flamma vetalente, his quibus for-
mabatur exemplis, sed domesticis filiatus producebatur
impiis. Subtracto enim solacio maritali omnis regendi
iure gloriosa suscepit curam, nec ampla patrimonii cura-
vit nec tot filiorum potuit turbare custodia. Aluit nutrivitque,
auxit patrimoniis, ornavit moribus. Et quot edidit
familie iuvenes, tot reddidit curie consulares.

Studiorum labor felicissimus

Hoc est quod rimator morum noster prius inspexit qui et bonum domestice virtutis inquirit ut inter privata laudis publica debeant ornamenta largiri. Et ideo patres conscripti illustri et magnifico viro importuno patriatus culmen indulsimus ut vir cetibus sicut pullulat forte nascendi ita et fascibus possit augeri. Impendite peniti favorem ad animate sententiam. Vestra est indoles quam probamus, hec etiam (?) est quam nobis ingeniosa laude tribuistis. Si amorem necessitudinum publicum faciatis et iudicium. Et quod pro nostra caritate dependitur collatum nostris iussionibus estimetur.

Januario viro venerabili episcopo

Omnes quidem iusticiam colere et observare precipimus sed eos maxime qui divinis honoribus eriguntur ut supne gratie fiant proximi dum a terrena fiunt cupiditate longinqui. Iohannes itaque flebili nos allegatione pulsavit sanctitatem vestram a se sexaginta orcas olei ad implenda luminaria suscepisse quarum precium sibi postulat oportere restitui. Bonum quidem notum sit tantum non ibi ad misericordiam adversum. Nam licet ubique deceat iusticia custodiri in illis rebus maxime necessaria est que divinis obtutibus offeruntur. Ne putemus ignorare deum vim accipientis si fraudatis oblacionibus acquiescat. Et ideo si veram quum moria cognoscitis supplicantis considerationem iusticie quam sancta lege predicatis facite que iure iubentur sine tarditate restitui. Quatinus nullus ingemiscat illata sibi per vos fuisse dispendia quos decet potius privare iniuria. Et ideo studete ut qui non soletis pro magnis rebus excedere non videamini quod absit in parvitate peccare.

Veranio viro senatori comiti Lucanie et bruciorum

Iusticie vos persuadet ab unoquoque postulare quod ei constat inesse. Et pecunias publicas instantius querere ne debitorem neglectus debeat ingravare. Nam si remissio in ammonitionibus veniat, tunc eos necessitate contemptus involuat et quodammodo nascitur de pietate crudelitas si quem negligis ammonere per ea cogaris exigere. Utilis est igitur cura predicere quando et occasio subtrahitur delictis et locus non datur illicitis. Quapropter

Ut persoluat debita gratia per curialibus ecclesie.

Dictus et plus amphoras sunt orcas et ornet(?)

Deus non accipit fraudatis oblacionibus

Ut exquirat pecunias publicas ne cogatur eas solvere pro ipso.

8

illustris viri comitis sacrarum largicionum suggestione comperimus pridem tibi more veterum exactionem binorum et ternorum fuisse delegatam. Unde te presentibus commonemus affatibus ut si canonicam fidem tempore debeas constituta complere ne quidquam dispendii assis publicus sustineret de proprio expolite tu cogaris a quo nec tante iussioni est habita reverencia nec fides sue promissionis impleta.

Possessoribus defensoribus et Curialibus

Ut columpnas antiquitus diu sine decore iacentes deducant

9

Propositi quidem nostri est nova construere sed amplius vetusta servare. Quia non minorem laudem de inventis quam de rebus possumus acquirere custoditis. Proinde quum de rebus possumus acquirere custoditis proinde moderna sine prorum inimicione desideramus erigere quia quod prealieni venit incomodum nec iusticie non probatum acceptum. In municipio itaque vestro sine usu iacere comperimus columpnas et lapides vetustatis demolitos invidia. Et quia in decore iacencia servare nil proficit ad ornatum debent surgere redimiuum anquam dolore mutare valeat. Ex memoria precedencium seculorum. Atque ideo presenti auctoritate decernimus ut si vera est fides suggerencium nec ad publicum nunc ornatum probatur accomodum supra memoratas platonias vel columpnas ad ravennatem civitatem contradas modis omnibus devehendas ut collapsis membris oblitterata facies reddatur et ut de arte pulcritudinis ... vima et quesitu fuerat obscura antiqui nitoris possint recipere qualitatem.

ffausto viro illustri patricio

Ut marmora de quadam domo deposita deducantur ad Ravennam civitatem

10

Decet prudenciam vestram in augendis fabricis regalibus obtemperare dispositis. Quia nobilissimi civis est augmenta sue patrie cogitare. Maxime cum sit studii nostri ut decernere quique cunctos notum est sine suis dispendiis obedire. Atque ideo ammonicione presenti tue magnitudinem declaramus ut marmora que de domo pinciana constat esse deposita ad ravennatem urbem per catabolenses vestra ordinacione dirigantur. Subiectum vero direximus de presenti ne aut mora nos ordinacionibus preveniret aut laborantes aliqua detrimenta sentirent.

Argolico viro illustri prefecto

Concedit dignitatem prefecture urbane

11

ptamus cunctum diem plenum beneficiis nostris esse et
optamus ubique prestita nostra radiare quia in omni
vivit quod munificentia principalis indulserit. Sed
enim tam regium quam fecisse felicem et eo usque perducere quo
se civitas stupeat attigisse. Beneficia siquidem sunt que
regna sublimant et liberalitatis dominus iugiter potest crescere
si sibi subiectos studeat ampliare. Hoc mansuetudinis
nostre glorioso proposito tibi quem non genialitatis sed puro fave-
mus affectu per indictionem quartam prefecture urbane infu-
las copiosa liberalitate largimur. Ut paternis honoribus
successio clara letetur et sub nobis possit perficere quicquid
meruit ad nostra secula pervenire. Circumspice itaque quam
magnum sit primordiis tuis tantam romam potuisse committi
ut in illo amplissimo cetu iudicis videaris eminere suf-
fectu. Stude ergo ut a moribus tuis exigere possis quod nos
prestitisse cognoscis. Avara fuge iusta sequere modesta
dilige iracundia contempne. Quid est suavius quam
in illa turba summorum nobilem pertulisse iudicium ubi tot pa-
triciorum corda provocantur ad gratiam. Ubi bonum factum celebra-
tur ore sapientium. Numquam maiore laude virtus agitur
quam si vere roma teneretur. Quas divicias estimes aptio-
res quam in oculis senatus conscientie preciosam gerere puritatem
Et an ipsum libertatis gremium nullis viciis esse captivum.
Videmus reliqui fastes qua gloria censeantur. Urbanus
presul dignitas est honorum non patitur claritas ista contem-
ptum
quod possit nobilis turba nescire. Locatus in medium cunc-
torum ad se trahit aspectum et totius vite iudicium promulgat
fama populorum. Hec te et animo concipe et rebus evi-
dentibus explicare. Credibile aput nos faciunt studia
litterarum ubi cognovisti omne quod deceat et ad usum
vite gloriose animum doctorum nimirum institutione formasti.
Fugiat ergo doctrina delictum. Indocilis est animi ad
vitia trahi. Edificatus libris locum non relinquat iniuriis
ubi in teneris annis acquiritur quod matura etate
fruetur. Ad tramitem vero hortentur te tuorum facta seniorum
Ammoneat lectionis auctoritas. Deinde iudicii nostri electio
gloriosa ut maiora de nobis sumere possis cum te ea quam
commisimus implere cognoverimus &c. Sequitur

Studia litterarum
Hortum delectat et
[illegible] facit [illegible]
doctrina

Super eodem laudando cui concessit prefecture urbane dignitatem.

13

Senatui urbis Rome Theodericus Rex

a

Amamus patres conscripti dignitates eximias de nostra
benignitate nascentes. Publica enim decoris nostri est
mens regentis et qualecumque fuerit dominantis arbitrium
talem parit libertatis aspectum. Facilius est quippe si dici
fas est errare naturam quam dissimilem sui possit princeps for-
mare rem publicam. Hinc est quod cupimus ut precipuis honoribus
fulgeatis. Omnia quecumque de vobis fama loquitur nostris insti-
tucionibus applicantur. Nam cum omnia celsa nec amni nostram
invidiam tangit si quid vobis fortasse defuit. Proinde
quod felicibus sanctiatur auspiciis illustrem Argolicum
prefecture urbane dignitate promovemus ut et ei augeantur
fastibus et vobis tanti iudicis numne subtrahantur ornatus.
Scitis enim sepe ex hac familia viros enituisse preciprios.
Recordamini patrem eius animi prestitum dogmatis honore ditatum.
Cuius memoriam sine invidiam fora mirata sunt. Studuit
nos cum hunc adestat eloquio sciens se dicendi pretium debere
esse puritate conspicuum. Huius meritis ad honorum celsa
perductus largitiones sacras pertexit fida custodia.
Implens et doctrina quam susceperat magisterii dignitatem.
Ita in utroque laudatus ut in singulis crederetur esse precipuus.
Accedit et patrem nobilissimus pro cuius comitiue privata-
rum infulas nullis acerbitatis calumpnie prophanauit.
Cui affectans fame comoda pecunie neglexit aug-
menta. Et quod rarum virtutis exemplum est hijs
egit temporibus continentem quibus tamen avaricia non ha-
bebat principis enim propositum facit aut negligere iudi-
ces aut amare virtutes. Et tot sunt originibus documenta promittens
credimus bona de nobili quia laudabile vena generat
continuum et fidelius posteris tradit. Que in se gloriosa transmissione
promeruit. Favete ergo patres conscripti vestris
dignitatibus conservato ut ad maiora virtutum desideria
excitatis quem nos nimirum provocamus exemplis.

Cum que togo tempore la-
borat in suo fato
iudice querela
premiorum.

18

Venantio viro senatori Theodericus rex

V

Laborum tuorum longa servitia et exploratae fidei
multa documenta hoc nobis iudicium tradunt ut qui
tuos animos moderatos esse nunc alienis moribus

(left margin) Fama & melius quam pecunia

presideas et preter provincie disciplinam qui privatus amat continentiam. Is enim potest alios bene regere qui se studuit sub equitatis decore tractare. Samnitarum itaque supplicatione permoti hec remedia laborantibus credimus subvenire si spectabilitatem tuam iubemus ad finienda iurgia proficisci. Unde nunc enitere ut tam boni iudicii laudabili videas instituto. Aptum quippe te moribus probe mandatis qui hactenus sponte propria placuisti. Intra provinciam itaque Samnii si quod negotium Romano cum Gothis est aut Gotho emerserit aliquod cum Romanis legum consideratione definies nec permittimus discreto iure vivere quos uno voto volumus vindicare. Conscebis ergo te commune quesiit amica iusticie quia nescit personas respicere qui meritum cogitat equitatem.

Non

Aurigeni viro venerabili Episcopo

Ut corrigat excessus eorum qui rebus et uxore eorundam privasunt

17

Quamvis iudicio vestro credamus omnia facinora displicere maxime a vobis confidimus observandum quod matrimonii genialis impugnat affectum. Quibus enim animis a continentibus accipitur quod et a laicorum detestatione damnatur. Iulianus itaque nobis lacrimabili aditione conquestus est uxorem suam ilicet a vestris hominibus iniusta usurpatione pervasam. Unde si veram petitionem supplicantis agnoscitis nec se venerabilis pulsatus absolvit. In actorem facti sine tarditate aliqua negotium resecate quia malum eius cum perseverat augetur et remediabile bonum est in patrum accelerata correctio.

Theodoro viro sublimi

Quendam nitarium prefectorum mittit in Gallias ut provinciis subiugatas hortando ut nostre et iusticie propositos tristes letificet

1A

B

Iniuria quidem nostra est lesa iusticia quia violatores earum rerum merito ad nos trahimus quas amamus. Unde maxime inultum esse non patimur quod in contemptum nostre iussionis constat admissum. Quem enim presumptio plectenda non audeat si sacre iussionis reverentia contempnatur. Ideoque illum quem dudum ad viri illustris Senonis iudicium decrevimus convenire qui se inveterata calliditate subtraxit examini vestro committimus audiendum ut sine dilatione iurgio machinatione plectibili dilatato presentate itaque audientie curam ut iusticie vobis crescat opinio quibus per remedia causarum vobis committuntur ambigua iurgiorum.

A

Ut iudici suo quendam examini et finem iurgiis imponat qui alteratam inveterata calliditate se a iudicio subtraxit

Gemello viro Senatori

Quendam nitarium per hunc

16

Gemellum vicarium

Primum est iudicium cuius tenetur exemplum nec locus ambi-
guitati relinquitur ubi experimenta probabilia suffragantur.
Explorantes itaque efficatiam tuam per diversos industrie
gradus quod non imparem meruisti gratiam variis actionibus com-
probatus. Hinc est quod presenti tempore Gallias nobis deo aux-
iliante subiugatas vicarium te prefectorum nostra mittit auc-
toritas. Unde perpende qualia de te iudicia habemus hoc iudicia quando
ad illos populos mitteris corrigendos quos nostris laudibus
probaliter credimus adquisitos. Cara est principi gloria et necesse est
de illis amplius esse sollicitum unde se triumphorum venisse sentit
augmentum. Age quod mandata si cupis et te perficere nostra iudicia
turbulenta non ames avaritiam declina ut talem te iudicem
provincia fessa suscipiat qualem romanum principem esse
misisse cognoscat. Desiderat viros ex vestris coacta cladibus
suis. Effice ut victam fuisse delectet. Nichil tale sen-
tiat quale patiebatur cum romanam quereret. Abscedat omnis
de calamitate tristitia. Serenetur tandem nubilis vultus
et illam gaudeat convenit cum ad sua nota pervenit etc.

Universis provincialibus galliarum etc.

Ut recipiat vicarium prefectorum et pareat ei

18

Libenter parendum est romane consuetudini cui estis post
longa tempora restituti quia gratus ibi regressus est
ubi provectum vestros constat habuisse maiores. Et ideo in
antiquam libertatem deo prestante revocati vestimini moribus
togatis, exuite barbariem, abicite mentium crudelitatem
quia sub equitate nostri temporis non vos decet vivere mo-
ribus alienis. Proinde de necessitatibus vestris innata nobis man-
suetudine cogitantes quod felicibus deum sit optabile virum
Gemellum vicarium prefectorum fide nobis et industria com-
probatum ad componendam provinciam credidimus dirigendum
ut non eum posse delinquere qui nobis prestantes
sperantes intelligit displicere. Itaque eius ordinationibus omnes
gratanter intelligit displicere. Itaque eius ordinationibus omnes
ex nostris iussionibus obedite quia credimus cum vos perfecta
decernere. Respicite paulatim veridicos mores non sit
novitas molesta que proba est. Credimus per esse felicius
quam homines de solis legibus confidere et nichil reliquos non
timere. Iura publica certissima sunt humane vite solacia
infirmorum auxilia potentium frena. Amate unde et securitas
venit et conscientia perficit. Gentilitas enim vivit ad libitum
ubi magis mortem reperit propriam qui potest hoc quod placeat.

vobis iam secu(r)i ostentate divicias p(er)ditu(m) bona longo situ recondita p(ro)dantur i(n) lucem. Quia tu(m) quis nobilior erit qu(an)tu(m) et moribus p(ro)bis (et) luculenta facultate reluxerit. Ideo eu(m) vobis mitarum p(re)ficere direximus ut cu(m) tanta dignitate et civilem videamur regula(m) destinasse. Et fruimini quos tu(m) alias gaudebatis (et) intelligite homines no(n) tam corp(or)ea vi q(ua)m r(ati)one p(re)servi que illos mito p(ro)tuerit crescere qui p(ossu)nt aliis iusta prestare &c.

Gemello viro senatori Th(eodericu)s rex

Eveniunt bona qui n(ost)ram nisi s(un)t elegisse clemencia(m) ut eos v(ide)at(ur) indicasse p(er) augmenta p(ro)p(ri)a possi(n)g ondere. Quod si talibus publ(ic)a decet p(ro)p(ri)a largi(ta)te q(u)anto magis eos sua dignu(m) est possid(er)e quos co(n)e(n)t nu(n)q(uam) p(ro)ba(ri) ee iusticie. Optabilis itaq(ue) magnus hostiu(m) co(n)fia(ta) co(n)e damnata quo natus est reminiscamus ad romanu(m) reparavit imp(er)iu(m) cu(m)g absencia co(n)tigisse d(ici)t ut eius potuisset p(er)ire s(u)b(st)a(nti)a. Atq(ue) i(de)o p(re)sen(ti) iussione sancimus q(uod) tam i(n) agris q(ua)m i(n) campis urbanis ac rusticis vel quidq(ui)d sibi competens qualib(et) m(od)o n(on) amissum potuit comprobare sine aliqua recup(er)et tarditate. Retineas ex n(ost)ra auc(torita)te dominij ius omne quod h(ab)uit n(un)c q(uonia)m eu(m) de reb(us) sibi antiqua possessio(n)e competentib(us) volu(mus) sustine(re) cui p(ro)p(osi)ti n(ost)ri est etiam nova p(re)stare &c.

Vt cuida(m) qui p(er)vers(is) hostib(us) rep(ug)navit roma(na) possessio(n)es p(ro)p(r)ie restitua(ntur).

19

Comonitorium Danieli Th(eodericu)s rex

Decet ut palacio n(ost)ro s(er)vientib(us) iustis comodis co(n)sulamus quia fructuosus ee d(ebe)t publ(ic)us labor ut q(ua)m (om)nis obsequia nob(is) gratuita ivire debeant (ser)vicia tu(m) p(ro) modata compendia p(ro)curamus. Et i(de)o artis tue p(er)icia delectati qua(m) i(n) excavandis atq(ue) ornandis marmoribus diligent(er) exerces p(re)senti auc(torita)te concedimus ut te ve(ne)rabili ordinante dispensent(ur) arche que i(n) rauennati urbe ad recondenda funera distrah(u)nt(ur). quaru(m) b(e)n(e)ficio humata cadavera p(er)ma(nent) consolacio sunt lugentiu(m) (et) q(ua)ndo a(ni)me tu(m) de mundi conversacio(n)e discedunt. Corp(or)a no(n) dulces quonda(m) supstites no(n) relinquunt. Hinc quiddam ve(n)it dolores ad p(ro)p(ri)u(m) (et) mirabili sorte uotor(um) crescit mutatib(us) de humana morte compendium. Ita tu(m) ut no(n) sit iniq(ui)tas ab hac occasio(n)e taxata ne cogant(ur) miseri int(er) acerba

Vt ordinacio(n)e sua dispensent(ur) arche marmo-ree p(ro) sep(el)iendis funerib(us) mortuor(um).

20

luctuum genera plorare dispendia facultatum. Et nefanda deuocione constricti aut vix feranter inmonia pro mortuis perdere aut dilecta corpora vilissimis foueis potius dolentes abicere. Sit modus in volumtate (?) potentium quem ipsa miseracio pro merentibus fac(it). Nam minus debet ledi cui amplius pro pietatis officio videtur inponi.

Rtuide saioni et sio tinctis apparitoribus

Ut auida reddantur sua que prefectus ingrauauit

21

Inter gloriosas rei publice curas quas perpeti cogitacione deo auxiliante voluimus cordi nostro est leuamen humilium ut contra potentum superborum nostre pietatis opponatur obstaculum. Nec liceat quicquam apud nos audacie cuius est propositi superbia calcata. Castorii igitur flebili calamitate permoti quem exicialis hactenus diuersorum pressit inuidia occasione probamus salutaribus institutis ut plus ualeret nostra pietas quam iniqua calliditas improborum. Atque ideo presenti auctoritate decernimus ut si prefectus uir magnificus Faustus ea que Castorius possidebat uel publicis titulis ingrauat uel priuata usurpacione detinuit mox ei predium cum alio eiusdem meriti vobis imminentibus amoto peruasore reddatur ut crudelibus dampnis afflicto pietatis nostre remedio consulamus. Si quis autem in hac presumpcione medius inuenitur ut ad ea que iussa sunt ydoneus nequeat reperiri ad nos deducite vinculis illigatum ut pena possit satis fieri cuius facinoris facultas non sufficit ulcioni. Tali quippe confusione tam inique mentis impetus conquiescat ne non tam Castorium quam nostrum uotum persequi uideatur. Quod si post hec occasione qualibet sepe memoratum Castorium nocere iterum artifex temptauerit quinquaginta librarum auri multa protinus feriatur. Sic quamuis maior cruciatus pena respiciet illesum quem inde desiderauit afflictum. Ensem quod (?) auctoritas protinus tempet ac corrigat potestates preteriti. Prefectus bacchari non est in humilis lesione permissus. Et cui a nobis assurgit decuerit (?) officiendi potestas miseris obrogatur (?). Hinc omnes intelligant quo delectemur equitatis amore ut et potenciam iudicum morum velimus (?) minuere quatinus bona conscientie possimus augere.

Fausto viro illustri

Indulget licentiam procedendi ad prouinciam et iterum redeundi Romam

sapiant

Desiderantes vos nostris aggregare parentibus neptis care pignori divinitate propicia sociamus ut qui de regia stirpe descenditis nunc et longius claritate imperialis sanguinis fulgeatis. Mittimus ad vos ornatum aulice domus augmenta generis solacia fidelis consilii dulcedinem suavissimam coniugalem que et dominatum iure nobiscum compleat et nationem vestram meliore institutione componat. Habebit felix thoringia quod nutrivit italia litteris doctam moribus eruditam decoram non solum genere quantum et feminea dignitate ut non minus patria vestra istius splendeat moribus quam triumphis. Quapropter salutantes gratia competenti Indicamusque nos venientibus legatis vestris impreciabiles quidem res sed more gentium suscepisse precia destinata equos argenteo colore vestitos quales esse decuit nupciales. Quorum pectora vel crura speris carneis decenter ornantur. Coste in quandam latitudinem porriguntur, alvus in brevitate constringitur. Caput cervinam reddit effigiem cuius imitantes velocitatem cuique videntur habere similitudinem. Hii sub pinguedine nimia mansueti usibus gratiores. Incedunt cum molliter, sessores in sanis festinacionibus non fatigant. Quiescitur in ipsis potius quam laboretur, et compositi delectabili moderacione agilitate norunt continua perdurare. Sed hunc quamvis nobilissimi generis beluas quas morigeras vel alia que direxistis exenia victa cognoscitis quam omnia iure superant que decus regie potestatis exornant. Destinamusque et nos quidem que principalis ordo poscebat sed nichil maius persolvimus quam quod vos decore tante femine copulamus. Assit vobis divina conspiracio ut sicut nos affectionis causa coniunxit Ita et posteros nostros obliget gracia parentalis etc.

Neptem suam transmittit ei in coniugem virtutes eius laudat et equos ei transmissos

1

Regi Herulorum etc.

Per arma fieri posse filium grande inter gentes constat esse preconium quia non est dignus adoptari nisi qui fortissimus meretur agnosci. In sobole sepe fallimur. Ignavi autem esse nesciunt quos iudicia pepererunt. Hii gratiam non de natura sed de solis meritis habent quando vinculo

laudat eum bellatorem adoptat in filium quem protegat et succedat in regno

2

animi obligantur exenii. Et tanta in hoc actu vis est ut pro his se
velint mori quando aliquid asperum patribus videatur infligi et io
more gentium et condicione virili filium te presenti munere procre-
amus ut competenter per arma nascaris qui bellicosus esse
dinosceris damus quidem tibi equos clipeos et reliqua instrumenta
bellorum sed que sunt omnimodis fortiora largimur tibi nostra
iudicia. Summus enim inter gentes esse crederis qui theodorici
sententia comprobaris. Sume itaque arma michi tibique pro-
futura. Ille a te devotionem petit qui magis a te defensa-
ri disponit, probat tuum opus et animum qui tibi prestat obsequium
Adoptat te talis de cuius gentes animo formidarunt
Nota sunt enim herulis gothorum deo iuvante sola-
cia. Nos arma tibi dedimus gentes autem tibi olim virtu-
tum pignora prestiterunt. Salutationes proinde gratia competenti
reliqua per legatos nostros patrio sermone dicenda
mandavimus qui vobis et nostras litteras evidenter exponant
et ad confirmandam gratiam que sunt dicenda subiungant

Senatori viro illustri Comiti privatorum

Facit eum comitem privatorum laudans virtutes suas plurimas

3

Ad ornamentum palatii credimus pertinere aptas
dignitatibus personas eligere quia de claritate servi
entium crescit fama dominorum, tales enim principem
perducere decet ut quotiens proterve sum fuit dignatus
aspicere totiens secreta iudicia cognoscat hiisse ardua
enim dignum esse conspicuus qui datur aliis imitandus facile
est quemcumque bonum deserere, multis autem clarum decet virtuo-
se vincere. Suscipe igitur per indictionem tertiam illustris comitive
privatorum dignitatem quia tibi non immerito tribuit re-
rum privatarum dignitatem generalis auctoritas. Diu namque nostris ordinationibus geminum
principis obsequium. Et consilii princeps eras et dis-
unituatus obsequium. Subiisti sepe
porta laudabili assumptione complebas. Subiisti sepe
arduae legationis officium, restitisti regibus non impar as-
sertor. Coactus iusticiam nostram et illis ondere qui
venire ... potant cruda obstinatione sentire et eo te
... contentionibus inflammata regalis auctoritas
... Subiugasti quinymo audacia ... et obsecutus ordi-
nationibus nostris in conscientiam suam barbaros pertulisti, crevit
studium tuum longa lucubratione sollicitum et laboris

continuum inculpabile reddamus obsequium. Usus es sub ex-
ceptionis officio eloquentis ingenio fauebat ipse tui de-
lectatus auditor dum meliora faceres que recitare cepis-
ses. Pronunciatio tua nostrum delectabat arbitrium quia tamen
dictancium reficiebas animum. quantum se laxare poterat
cura cogitancium. Fuit quoque in te pars altera vite lauda-
bilis quod archana nostra morum probitate claudebas nul-
lorum conscius nisi tamen cum plura nosses elatus. Collegis gra-
ta humilitate superioribus placuisti. Sic omnium per te factus est unus
animus ex magna diuersitate sociatus. Carpes enim te pro-
bate institucionis gratissimum fructum quando prouectus tuus
ita potuit omnes letos efficere ut uniuersi in te indicant
sua desideria profecisse. Tuere igitur hanc virtutum
amabilem proclaram et constanciam rure quam dominus auc-
toritate subnixus tanto studiosius gratiam que quantum
te locum beneficiis respicis inuenisse. Tende itaque adhuc
bonis actibus tuis ad potiores nostres suscipiens gratiam
nostram in nos semper augeri qui se dignum adepto culmini
desiderat inueniri. &c.

Senatui urbis Rome &c.

Gloriosum quidem
nobis est patres conscripti honores passim impendere
sed laudabilius bene meritis digna prestare quando-
enim talibus tribuimus per equalium potius utilitate lar-
gimur. Cunctis siquidem proficit recti tenax prouectus ut
locus relinquitur iniurie cum ad bonos peruenit regula
discipline. Hoc itaque preclaro desiderio illustrem uirum se-
natorium comitiue patrimonii dignitate subnexuimus ex-
venalitatis obscura animi claritate refugiat qui
calumpnia non letetur nec priorum auctoritate suffultus de nostro
sibi faciat terrore compendium. Sed ius equabile pos-
sit tenere cum ceteris unum nobis placere respicit sapientes.
Hec de illo futura promittere facit preteritorum temporum fides.
In ipso quippe adolescencie flore palacia nostra meritis
maturus intrauit. Et quod robustas quoque fatigat eta-
tes nullo deceptus nouitatis errore ad imperantis con-
sus arbitrium effectum bonarum prestitit iussionum. Nunc ad
colloquia dignus nunc ad excepciones aptissimus. Fre-
quenter eciam in honore legacionis electus. cuius multiplex

Super eodem que subnexit dignitate comitatus laudat uirtutes ipsius multiplices

X

K

initu meritu apud nos reddebat officiu Non enim vnius
loci vir debet dici a quo multa uidetur impleri Sz hec
amplius comendabat humilitas que tam clara quam
rara est. Novum est enim sub amore principis custodire
modestiam quia gaudia semper animos inquietant ad ho-
dus etiam raro letis rebus interuenit. Vnum inter hec stu-
penda miraculorum originis quoque simili claritate resplendet.
vt heveas qua parte sit ditior cum copiosius utraque
possideat. Huic ergo sigillatim distributa premium iuncta
miraculum crevisse preces conscripti assurgat pro meritis
introeuntibus tanta libertas vnchil de genio vro subtra-
hitur qui venientium nouitas honorabilis inuitatur
pentes publici de clemencia nominati duplex vos
racio benignitatis inuitet incipiens mercatur gratiam
prouectus fauorem &c

Amabili viro devoto Comiti [illegible] Rex

Vt nauicularij campanie lucanie et tuscie proficiscantur in galliam cum victualibus

7

Nullum decet mas gravauantur suscipere iussiones que
magis utilitates noscuntur extollere deuotorum
In gallica ergo regione victualium cognouimus
caritatem ad quam negociacio semper prompta festinat
vt empta largius angustiore precio distrahantur
Sic euenit ut et venditoribus satis fiat et illis pro-
uisio nostra subueniat. Atque ideo deuocio tua presenti auctoritate
cognoscat omnes nauicularios campanie lucanie
siue tuscie fideiussionibus ydoneis se debere committere
vt cum victualibus speciebus tantum proficiscantur ad gallias
habitura licenciam distrahendi sicut inter emptorem ven-
ditorem que conuenit. Grande comodum est cum indigen-
tibus pacisci quem fames totum solet contempnere ut sua
necessitatem possit expellere. Nam cum ambitur sue
seruiat prope modum donare uidetur qui uendit rogatus
ad saturatos cum mercibus ire contamen est. Quo aut
precium posuit arbitrio qui victualia portat ieiunis &c

Symmaco viro illustri patricio &c

Vt libros coda fo-
ueat in ronca
propter studium

6

Racionabiles peticiones supplicum libenter amplectimur
qui etiam non rogati iusta cogitamus tribuere cui
dignius quod die noctuque assidua deliberatione

voluamus nisi ut vem p[er] nram sicut arma protegunt
equitas inuiolata custodiat. Optabilis itaq[ue] valeri-
anus i[n] siracusana ciuitate consistens vetati se ad
lares p[ro]p[ri]os supplicauit. Qui studiorum causa liberos
suos ad romana[m] ciuitate[m] deduxit. quos illustris
magnificencia tua ex nra continens iussione i[n] s[upra]d[i]c[t]a
urbe faciat co[m]morari. n[ec] illis liceat ante discede[re] nisi
h[ec] n[ost]ra ploquat[ur] affatus. Ita enim [et] illis studiorum p[ro]uectus
adquiritur. [et] nre iussionis reuerencia custoditur.
Non q[uod] q[ui]s putet i[m]positum quod debuit esse votiuum
cui nulli sit ingrata roma que dici no[n] p[otes]t aliena.
Illa eloquencie fecunda mr[=mater], illa virtutum omnium latis-
simum templum. Senciatur plane quod carum est no-
strum, qua esse creditur cui h[ab]itacio tanta p[re]statur i[n]

Senatorio viro illustri Comiti priuatorum

Repositum nre pietatis e[st] iuste periclitancium sub-
leuare fortunas. q[uia] quod aliena vi co[n]stat
impositum trahe[re] no[n] possumus ad delictum. Iniquum
est enim ut hominis vicio deputetur quod eum volunt[at]e
no[n] regit. Et illud imputetur periclitanti qui nos da[tur]
euadere. Atq[ue] ideo sublimitas tua p[ro]curatores frumentorum
qui de sicilia fuerant ad gallias destinati lacrimabili
nos aditione pulsasse cognoscat. Dum susceptum onus
promouisset i[n] pelagus aduersis flatibus fuisse suscep-
tum ubi facescente compage trabium omnia vis absor-
buit undarum. n[ec] quitquam nisi se de aquarum nimiet[at]e
nisi solas lacrimas restitisse. Bene illustris sublimitas
tua p[re]senti auctoritate commonita modiacionem tritici
qua[m] sub hac sorte perisse probauerint sup[ra]d[i]c[t]is p[ro]cura-
toribus sine aliqua faciat cunctacione reputari. Cru-
delitatis etenim genus est velle i[n] naufragos ultra
naufragium deseuire. et illos ad dispendia cog[er]e
quibus inopem vitam p[ro]bant[ur] inmania pericula concessisse

Honoratis possessoribus Canalibus foroiulienses

Rare videri no[n] debet quod nra ordinacione cen-
setur. quia nominis estimac[i]o[n]e q[uam] vos o[mn]es imple[tis]
a vobis quippe p[re]sentit venerabiliter custodiri quibus

Ut comiti Roma:

Ut modem debita tritici his q[ui] naufragia p[er]tulerunt.

1

Ut vt capto pro p[ro]cinctalibus eas ducebant ad q[uen]dam locum

8

profuistis, etiam non gravati. Proinde devocionem vestram presenti
auctoritate decernimus ut accepto precio competenti de locis vestris
ad alsuanum trabes sine aliqua dilacione deuchatis.
Quatinus et nostra ordinacio sortiri possit effectum et propter
incredibus nec vos videamini sustinere dispendium etc.

Viro illustri Comiti etc. etc.

Ut si quis lite impulsare voluerit quosdam orphanos tam ipsum ad suum transmittat comitatum

9

Innocencie professio est nostram elegisse provinciam
ubi nec violencie locus datur nec avaricie vicia
formidantur. Maurencius atque Paulus pueris auxi-
lio nudati, multorum se iniuriis testantur exposi-
tos: quorum adolescencia puerilia videtur incomodis cum facile
possit subripi iuvenibus patrimonio destitutis. Et ideo
sacrum mentiuntur presidium a quibus se calliditas non absti-
net improborum, Proinde sublimitas vestra tenorem
presentis iussionis agnoscens supramemoratos adul-
escentes si quis iurgancium pulsare maluerit ad nostrum
eos si quis [illegible] digredos. Ubi etiam et innocencia pro-
comitatum noverit dirigendos. Ubi etiam et innocencia pre-
sentis invenire districtum
fugium et calumpniatores ius presenti invenire districtum

Iohanni viro consulari Campanie etc.

De hiis qui furore excitati quosdam impignoraverunt de facto contra leges

10

Fedum est inter iura publica privatis odiis hactenus
dare ... incossultis fervor animi est ad ar-
bitrium proprium iudicandi. Iniquum quippe nimis
est quod delectat iratum. Ferventes iusta non senciunt
quia dum commoti et vindictam sentiunt rerum temperancia
non requirunt. Hinc est quod legum reperta est sacra re-
verencia ut nichil manu nichil proprio agerent impulsu.
Quid enim a bellica confusione distabit pacis tranquil-
litas si alias quam per iura litigia terminentur. Provincia-
lium quidem Campanie atque Sannii suggestione comperimus
nonnullos neglecta temporum disciplina ad pignora-
di se studia transtulisse. Et quod edicto misso per multos
nitidorum licencia succrevisse, hos multo acerbiora
ingerentes alienis debitis ad solucionem alios trahi
Dolamus tam probabilem videlicet si aliqua debitori
potuit vicinitate coniungi. O iniqum persuasionibus ex-
potuit vicinitate coniungi. O iniquum persuasionibus ex-
borent dividitur tamen germanis, filius obligacionibus patris
nis si non sit heres exuitur. Uxor maritalibus debito-
nisi per successionis vinculo non tenetur. Et audacia
ad solucionem trahit extraneos tamen absolvat ipsa quietos.

hoc hactenus fieri nouimus quod ignorancia fortasse protulerit nunc necesse est remedium de legibus habeat. quod iterum potuit inter noticiam. proinde edictalis programatis tenore conposito stabilitas vestra ad cunctorum faciat noticiam peruenire ut quiquis quod repetere debuisset pignerandi studio fortassis inuaserit uoce iuris amittat. Nec liceat cuiquam sua sponte nisi obligatum forsitan pignus auferre. Si uero alterum pro altero quod dictu nephas est pignorare maluit in duplum cui vim fecerit direpta restituat. quia scelera dampna plus cohibent et sola detrimenta cogitant qui pudoris fecere iacturam. Quem uero ab hac redibicione sedium paruorum tenuitatis excusat pro admissi qualitate facinoris in eum fustuario supplicio vindicetur. Non enim patimur imputum quod nolumus esse permissum etc.

Senatori viro Comiti priuatorum

Vt diligenti examinacione discuciat causam

[P]ars est etiam remedij uota supplicum ad prudentis remisisse iudicium ut per ordinatoris beneficium confusionis abrogetur incertum. proinde magnitudo tua cuius ordinacionem uidetur subiacere prouincia inter possessores volienses atque curiales eandem causam diligenti examinacione discuciat quibus inter eos propriaque causa a vobis pateficit iusticia. Non enim debet pro audienciam vestram negocium trahi a quo post alios iudices debuisset audiri etc.

ll

Marabaldo viro comiti et Geruello senatori

Vt discuciat causam ubi quidam nullo modo suo proposito adhesit alteri

[P]ropositi nostri est ut prouincias nobis deo auxiliante subitas sicut armis defendimus ita legibus ordinemus quia semper auget principes obseruata iusticia. Et quantum probabili institucione viuitur tantum summis adhuc preconijs aggregatur. Rothothamia itaque illustris femina flebili ingemiscens nepotis sui calamitatem tali conquestione deplorauit. dum sexo amencius tenerior est suorum asserens etheriam nurum suam mariti sui proposita dilectione tunc dam se liberio iugali federe sociasse Et cum ornacior cupit nouis thalamis apparere studuerit pro his uiri facultates cunctas allegans dictatam filiorum spolijs quibus magis

12

decuit congregari. Ideo que nos qui desideria supplicantum con-
suevimus remittere ad statuta divalium sanctionum ut
nec insinuationi supplicum venamus nec adversarii nego-
cium credula facilitate dampnemus sublimitatis vestre
iudicio hanc causam legibus committimus audiendam ut in
negotio omni incivilitate summota medijs sacrosanctis
evangelijs cum tribus honoratis quos pariter consensus
elegerit qui legum possint habere noticiam quidquid priscis
iuris forma constituit inter eos considerata disciplina
nostri temporibus perferatis. Quia non decet per vim eos ali-
quid agere qui ad nostra meruerunt regimina pervenire v

Senatorio viro illustri Colositi v

Emolumenta decesse laborantibus non oportet ut et bone spei
accipiatur aditus et desudantium querela iusta con-
penfacione claudatur. Atque ideo prudentia vestra
que omnes rei publice partes sub celesti favore conspicit
ordinasse cognoscite ut Colliseo illustri viro pro labo-
ribus et mitis ad sirmiensem pannoniam destinato
nostro consuetudine vectem victualia prebeantur quibus
dum memorato viro necessaria fuerint preparata locorum iustitia
presumptionibus abrogetur. Disciplinam siquidem non
pot servare ieiunus exercitus dum quod deest semper pre-
sumit armatus, habeat quod emat ne cogatur cogi-
tare quod auferat necessitas modum amore non diligit
nec pot nisi pari multis quod nequeunt custodiri pau-
cissimi

Gesille Saioni Comiti v

Agri possessor genus est alienis debitis altum presuma-
cie ut qui pot exigi non mereatur audiri sua quemque
damna respiciant. Et is solvat tributum qui
possessionibus noscitur habere compendium. Atque ideo presenti tibi
auctoritate delegamus ut gothi per picenum sive tuscias ubique
residentes te immente cogantur exsolvere debi-
tas functiones. In ipsis enim initijs comprimendus excessus
est ne feda imitatio quam turpis scabies paulatim re-
liquos comprehendat. Si quis ergo iussa nostra agrestis
spiritus iure superatus abiecerit casas eius appositis ti-
tulis fisci nostri iuribus vendicabis ut qui iuste noluit

Ut provincia necessaria exercitui

13

Ut compellat tributa solvere qui possessiones retinent

14

pura plurimis venerabilius videatur maxima perdidisse. Cum in omnibus debent ad fiscum celerius esse devoti nisi qui capiunt commoda donativis quam amplius de nostra humanitate receperunt quam stipendiis iure prestetur. Nam si liberalitatis nostre causa tractetur, nos potius voluntaria tributa solvimus qui fortunas omnium sublevamus.

Severiano viro senatori

Illustris et magnifici viri comitis patrimonii suggestione comperimus dromonarios xx et i de constituto numero mortis incommodo fuisse subtractos. Unde prudenciam nostram cogit est proprium quod casu subducitur reparare consilio. Hoc statuisse cognoscite ut supradictos dromonarios per hac sine aliqua dubitacione festines qui tamen ad hoc opus possint ydonei reperiri. Remigium enim labor operosus valentes animo et viribus querit ut confidencia mentis procellis obviare possit undosis. Crudum enim audenti est qui in infidum ac vastissimum mare pro intrare navigiis, quod eluctari facit desperacionis sola presumpcio. Quapropter iussis nostris hanc cautelam habere te convenit ut quemlibet de congregatis debilibus non facias, tamen nos robustissimos quesisse cognoscas.

> Ut loco dromonariorum qui morte perierunt alios inquirat
>
> 17

Senatui urbis Rome

Utilitatis publice causa qua noster animus semper exoptat virum illustrem comitem Arigernum spectabilem eciam aulicum contineri pene virum dudum ad Gallias estimavimus dirigendum ut eius maturitate consilii titubancium potuissent corda firmari. Novitate quippe sollicita pendentes convenit habere rectores ut quemadmodum fuerit vite formatus ordo sic currat instituta devocio. Id rebus ad nostra vota compositis et gloriam civilitatis retulit. Et quod inter vos didicit diligenter ordinis bellorum insignia reportavit. Quem desideratum sicut putamus certum vobis reddidimus ut qui longa etate vobis placuit nunc gracior fiat cum cum adiecta bona commendant. Quapropter disciplinae sue prefati viri romanus ordo restituat ut quod quietis amore percipitur devotis animis impleat. Quatinus

> Quendam sapientem qui fuerat ad Gallias pretore destinatus recommendat Romanis
>
> 16

et excessibus tollatur licencia. Et quod optamus maxime
locum nequeant inuenire vindicte. Si qua etiam per eius ab
senciam culpa peruenit inter vos iusticie consideracione
corrigite sicut nobilitatem uestram conuenit agere cui semper
probitas placet. Cum nos specialiter curasse cognoscite
ut error qui ab auctoribus suis minime fuerit emendatus
legum districcionibus resecetur. Prestatur igitur patres conscripti
uiro multis temporibus iam probato. Cui necesse est potius
tanda sequi que se hactenus sub uirtutum omnium laude tra
tauit. Et in tanta frequencia nullus recepit aduersa iudicia

Ibe uiro sublimi duci

Vt possessiones ecclesie a quibusdam peruasoribus occupatas faciat restitui.

11

Definitam rem ab antiquo rege quantum etiam constat
venerabilis esse decreta ambiguitate nulla volumus
titubare. Quia decet firmum esse quod commendatur
probabili iussione. Cur enim per noua quassemus ubi nichil
est quod corrigere debeamus. Atque ideo presenti tibi auctoritate
precipimus ut possessiones narbonensis ecclesie secundum
precelse recordacionis alarici preceptum etiam a quibusdam
occupate peruasoribus teneantur equitatis faciasque con
templacione restitui quem aduersari nolumus in ecclesie
dispendio presumpciones illicitas dum nostra decreat tempora
sedare confusa. Esto tamen talia omnino sollicitus ut
qui es bello clarus equalitate quoque reddaris exi
mius. Sic et arma tua deo iuuante corroborat si
iusticiam medioribus suadere contendas. Inpiis enim
potuisse resistere non preualeas excusare. Quando omnes
tibi inter liber ei cedit que gloriosum in bellorum certa
mine cognouit. Ignauus forsitan audacia iubet
nil possit uromo plus presumentibus imperat quem eque
sua facta commendant et

Anne uiro senatori Comiti

Vt scrutetur si presbiter accatus effossis funeribus commiserit aurum in tumulis qui ut inquietus puniatur.

18

Consuetudo est nostre clementie probate nobis fidei
agenda committere ut cum iudices tractatu maturo
delegamus electos locum prauitas nequeat inuenire
subrepcio. Dudum siquidem ad nos multorum suggestiones
peruenit laurencium presbiterum effossis funeribus funestas

diuitias int hominu cadaua pscrutatu concussion gz mortuus intulisse quem ez viuentibus quieta pdicte Non abstinuisse phibetur tam crudeli contagio piis dicatas conseruacionibus manus auru execrabili quesiuisse fertur affctu. Que sua dedisset exeuntibus daciam ut sub equitate tollatur. quod te diligente examinatore pcipimus indagare ut si ueritati pspexis conuenire hominis ambitu eo tm fine concludas ne possit suppme quod eum no licuit inuenire. Sciens eni quod nos p sacerdotali honore relinquimus impunitu maiore pondere credimus vindicandum

Gemello viro senatori sublimi

Decet principalem prudenciam fessa refouere ut asperitatem casuum mitiget leuitas iussionum. Non eni sentitur incomodu si quod p aduersitate constat oppressum. Concessa prosperitas ondit subleuatum Siliquatici namqz prestacionem quam rebus omnibus undinandis prouida definiuit antiquitas in frumento vino et oleo pnti tempore no iubemus. Ubi hoc remissio plurimus copiam possit prestare prouincijs. Et respirent aliquantis fessi pntis salubritate. Reuenientibus eni ad vendendum no initietur. Largius cui solita dispendia subtrahuntur. Portus nos nauis veniens no pauescat. Ut certum nautis possit esse refugium. Si manus no incurrerit exactorum quos frequenter plus affligunt dampna quam soleant undarum naufragia. Sic hic forsitan sub quiete tolleranda nunc aut dum prouincialibus prestare cupimus iterum dominus iterum consulamus

Geletio viro sublimi senatori

Si desideramus locum beneficijs inuenire ut titulos nre possimus pietatis augere Quanto magis aliena beneficia volumus intacta defendere qui ipsa cupimus sponte largiri. Maxime quando et illud constituit nre reponitur. quod de fisco sub antiqua solempnitate prestatur. Proinde uiri uenerabilis epi constancij supplicatione compimus sacro sce ecclie ipsius unum iustum veterum principum pietate collatum et nunc quorundam usurpatione

---

Ut undinatores frumenti vini et olei liberentur ad portum.

19

Ut agri ab antiquis princibus sce dati ecclie restituantur.

20

molenta tener. Sz quia nob uti nullu volimg fraudibz sub-
psstim dum i dispendio paupm detestabili mente vsetur
pnti aucte deceruimg ut ea que vetro constitiuit huaitate
pncipu deputata sup memorata ecctia sine aliqua imi-
nucone pcipiat manente pena z puasori qui z vetu
dona z ecctie pbatur uiolasse compendia v

Seuello uiro senatori v

Approbando servitoris diligentiam admonet ut sit diligentior

21

Q Vamuis efficacia tua insiste credamg iniunctis et
studiose deflecte que nobis cognoui displice tn
sollicitatu admonico nra no deserit ut instructior
reddaris dum infrascriptis breuibz suscipis definita pm
ordinacoe nra nulli uideri dz iniusta cu necitas tempis
ordinacoe nra nulli uideri dz iniusta cu necitas tempis
ceperit onera iussionib. Esto itaqz ad iniuncta sollici-
tus quia licet sit semp adhibenda maxime tu utilis
est i necitate custodia parebis g° commonitus ut sic
possis cu puincialibz agere quem admo nos respicis
uelle pstare cruatinus securg de nra gra consequaris
quidquid sollicitus i bono de puo studio hre contepsis

Argolico uiro illustri pfecto v

Vetitum quorundam qui de magicis artibus incusantur examinet

22

I Ntollerabilis excessus est qui supne maiestatis af-
fectat iniuriam z oblitus pietatis crudelia sectat
fectat iniuriam z oblitus pietatis crudelia sectat
errroris. Cruem cui spabit veme locu qui uenendu
contempsit auctore. Abscedat vitus e medio ia pfa-
nus, conticescat penale murmur animaru. Vsari
no licet i magicis artibz tempibz xpianis. Magnitu-
dinis itaqz tue reuelacoe compimg basiliu atqz p-
textatu artis sinistre iam diu contagione pollutos
i accusacons tui examinis psonaru intencoe deduc-
tos. Sup qua re uetum te asseris pstare sinam. Vt
confidencius fiat qd pietatibz nre mandat auctoitas.
Sz nos qui nescimg a legibz discrepare quig cordi est i
omnibz moderata tenere iusticia. pnti aucte decnimg
vt cu v senatoribz i magnificiis patriciis uiris
symacho decio volusiano atqz celiano nro illustr
uiro maximiano hanc, cum lrima examinacoe pen-
setis z p omnia iuris ordine custodito si crimen qd
intenditur fuit comprobatu iuxta legu quoz districtoe
plectatur ut rei absditi atqz secreti pbh vindicte seneg

a culpis talibus arceantur. quos ad leges trahere non presumit notitia. De qua re illustri viro comiti Arigerno precepta direximus ut omni violenta defensione summota si se occultant ad iudicium pertrahat impetitos. Ut vobiscum in hac causa residens nullum opprimi faciat innoxios nec leges sinat evadere criminosos.

Arigerno viro comiti illustri

Ut quosdam accusatos perducat ad iudicium qui de artibus magicis accusantur ut puniantur.

23

Quamvis oporteat commissam tibi disciplinam Romane civitatis in omnibus custodiri, tamen in illis maxime studiosior esse debes que nostra tibi auctoritate delegata cognoscis. Ut et tibi crescat augmentum custodita iusticia et augmenta sumas novi iudicii qui nobis de integritate hactenus placuisti. Prefectus urbis sua nobis relatione declaravit Basilium atque Pretextatum magicis artibus involutos impeti accusatione multorum. quos custodiis intimat alienatione mentis elapsos. hos te precipimus ubicumque repertos ad iudicium quinquevirale perducere. quod in primis negocio nostra delegavit auctoritas. ubi te residere censemus ut violenta omni defensione summota hanc causam discuti facias legibus et finiri. Et si rei criminis cuius impetuntur fuerint approbati, penam subeant quam iuris definita sanxerunt. Si vero innocentia eorum detestabili pulsatur invidia nulla eos vos opprimi paciaris. quia in omnibus causis consideratione divina illud fieri volumus quod opinionem nostre pietatis accumulat.

Elpidio dyacono

Donat antiqua loca depopulata in libertatem

24

In lucrum cedunt que beneficiis conferuntur et de ipso munere magis adquiritur cum optimis digna prestantur. Petitionis tue proinde tenore comperimus loca in Spolitina civitate que iam longo situ squalore vetustatis obtinuerat splendorem reparationis expetere. ut rebus antiquitate confusis novitatis facies adulta reddatur. et beneficio tuo redivivva consurgant. que annositate inclinata corruerat. Quod nos respectu meritorum tuorum et impensi longa sedulitate famulicii libenti animo duximus annuendum. ut et votis iusta poscentium tribuatur effectus et civitati reparationis crescat ornatus. atque ideo petitioni tue vobis concedimus humanitate largissima. ut porticum cum areola postulasti teneas. Si tamen publicis usui non deservit. absoluta libera libertate.

Nota diacono [illegible]

porciaris quia in licencia reparacionis accipiuntur potius premia quam donantur. Hac igitur auctoritate suffultus in supradictas locis edificandi sume fiduciam nec aliquam in posterum metuas questionem cum te et civitatis tueatur utilitas et reverenda principis voluntas

Argolico viro illustri patricio

Vt quedam benivolum promoveat ad sacrum ordinem candidatum

27

Constat eum de se presumere qui ad sacri ordinis cupit fastigia pervenire. Vita enim suggerit hoc appetencie nisus et in qualitate desiderij pt mores honesta cognosci. Quis enim palestrice artis ignarus stadium luctaturus introeat. Aut quis etiam minimus in stadium luctaturus introeat... quod virtutis conscientia non suadebit. Impiis contreatur quod virtutis... que maiorum presumpcionibus... natibus egra languescunt. que maiorum presumpcionibus ... anant. Promovendum ergo professio et collegium desiderasse sum[...] anant. Bonum quod de se iudicium tradidit qui resse gradus expetit dignitatis. Hijs ergo desiderijs pietas se nostra liberum indulget. qui etiam in spem crescimus nota marcencia. Ut dum provectus quiritur probitatis studia plus amentur. Proinde illustris magnificiencia tua petrum parentum luce conspicuum sua quam gravitate senatorem in album sacri ordinis secundum pristinam consuetudinem curet referre ut et tanto cetui proficiat nius et candidato de sacro ordine crescat ornatus.

Universis in massilia constitutis

Appbas ipsorum emunitatem antiquam

26

Libenti animo antiqua circa vos beneficia custodimus cum et nova prestare viris utilitatibus cupiamus. Verum nacc quippe dominos ignorat humanitas et novellis debet blandiri beneficijs per longa tempora renovellis debet... constitutis. Proinde immunitatem vobis quam regionum vestram constat principum privilegio consecutam. hac auctoritate largimur. Nec vobis aliquid nove presumpcionis palargimur. Nec vobis aliquid nove presumpcionis ... sentimus imponi quos ab omni volumus gravamine vindicari. Censum preterea presentis anni relaxat vobis munificentia principalis ut et illa possitis accipere que vos non contigit postulasse. Ipsa enim perfecta pietas. que antequam flectatur precibus novit respicere fatigatos.

Tertullianus Saianum

Vt debita iniuste per quemdam officiorum exacta duplicata lege restituantur

21

Detestabilis est quidem omnis iniuria. Et quod con

leges admittitur iusta execratione dampnatur. Quod malorum
omnium probatur extremum inde detrimenta suscipere unde tue-
debant auxilia peruenire. Exaggerat enim culpam in-
commissa crudelitas et maius reatui pondus est ino-
pinata deceptio. Vir spectabilis itaque Petrus adminicu-
da nobis sorte conquestus est saionis Amare tuitionem
quam ei contra uiolentos indulsimus in se potius fuisse conuer-
satam. Ita ut ictu gladii in se diuisimus aliquatenus ostii
retardaretur obiectio. Dubitata quippe est in uulneri manus que
ut in totum truncata non caderet ianuarum percussa robora
prestitimit ubi lassato impetu chorusca ferri acies
corporis extrema perstrinxit. Execrabili casu auxilium
suum hominem impugnauit ut solacii prosperitate subtracta
eueniret ex defensione necessitas. Quod multo acerbiora
subiungens et quod legio uomeret ad primum. Ita scelus pp̄u
enormi exactione taxatum est. Actibus uero iuste in illos pie-
tatis nostre ira consurgit qui benigna iussa in trucu-
lenta iniuria mutauerunt et tam que erunt refugia sup-
plicantibus si et nostra beneficia uulnerabunt. Proinde presenti
iussione censemus ut quidquid suprascriptus Amara
commodi nomine de causis memorati supplicantis accepit
quod propugnator ingratus a te constitutus in duplo ei cogatur
exsoluere quia sub pena restitui dignum est quod improba
temeritate constat extortum. De plaga uero quam educto
gladio temerarius presumptor inflixit ad iudicium comi-
tis Dode dictus saio te compellente ueniat audiendus
ut secundum auditorum seriem que male commissa cla-
ruerint sine aliqua dilatione componat. Tuitionem
uero postulanti contra inciuiles impetus ex nostra iussione
salua ciuilitate prestabis non exemplo accusati sed
consideratione decenter electi ·

Dode uiro senatori comiti ·

Ut cognoscat causam b scriptam ubi quidam officialis quendam uulnerauit.

28

de compulsione

Conscientiam probans cui iudicanda committimus quod
dignius est inter alios sequenda decernere qui sibi
modum uisus est ltime conuersationis imponere.
Petrus itaque uir spectabilis Amaram saionem nostrum
qui commisso nomine pro eius tuitione directus est educto
gladio se asserit uulnerasse defensorem quod ferisse cum uix

inimicus potuisset audere. H(ec) te (et) ultima volumus discepta-
tione cognoscere (et) probalissima trutinare quatinus nec temptare
ausus sit quod nobis displicere cognoscit.

Argolico viro illustri pontifici v.

Reprehendit pro eo quod quedam quesierit incomoda que debuit optare augmenta.

29

Si reverencie cura romane civitatis
ulla debuit ac tibi loci vestri cogitatione
vestro illa debueratis expetere in quibus arguimini
nunc peccare. Quid enim potuistis presenti tempore urbano
culmini cogitare tam proprium quam incrementa senatus quantum
fame personis proficit quod ordo sacer acquirit. Sed quantum
viri clarissimi armentarii testatur missa suggestio
in conviviu sedo ambitu de mora eius ordinis quietis
incomoda cuius optare debetis augmenta. Quid enim
amplius esse possit incongruum quam nostris iussionibus ex-
pediti supplicantium vota suspendere (et) post sacre prep-
pedities supplicantium vota suspendere (et) post sacre pre-
ceptionis afflatum si dici fas est adhuc regium suspendisse in-
dicium. Sed nos quibus cordi est post primam culpam non statim
desiderare vindictam. Ad ammonitionem potius iussa convertimus
ne sit vestra districtio nimia quam lenius patiencia non precedat.
Ideo quod presenti auctoritate decernimus ut iussionibus nostris nulla di-
lationis calliditas afferatur quia non habet venie locum
qui delinquit ammonitus.

Albino viro illustri patricio v.

Indulget ut in domibus desolatis (et) diruitis habitacionem edificet.

30

Decet quidem cunctos augmenta sue patrie cogitare
sed eos maxime quos res publica sibi summis honoribus
obligavit. Quia vero verum est ut cui minus necesse sit plus
debere qui nisus est maiora suscipere. Porrecta itaque
supplicatione testatus es turbe porticum que iuxta domum
palmatam posita forum in modum arce decenter includit.
Super imponendis fabricis licenciam condonari ut et
privatarum edium habitacionem pretendatur (et) antiquis menibus
novitatis crescat aspectus. Ita fit ut quod per incuria
potuit labi manencium videatur diligencia sustineri quia
facilis est edificiorum ruina incolarum sub cura custo-
dia. Et cito vetustatis decoctione resolvitur quod
hominum presencia non tuetur. Unde qui urbem fabricarum
cupimus nitore componi singulorum facultatem
concedimus postulatam. Ita tamen si res petita ad utilitatem
publice non officit aut decori. Quapropter vestris operatis securus

imitere ut dignus romanis fabricis habitator appareas perfectum quod opus suum laudet auctorem Nulla enim res est per qua melius possit agnosci et prudentis ingenium et largitatis affectus etc.

Emiliano viro venerabili episcopo etc.

Ut aqueductum quem inchoavit celeriter perficiat

·31·

Ad finem debent perduci que prudencium intencione visa esse suscepisse quia sicut perfecta laudem pariunt ita et vituperacionem extenuant que in medijs conatibus deseruntur. Defectus enim vrum aut consilium titubasse aut vires arguit defuisse Cuius presentitas vestra a tali oblacione refugiens Jam quod in aqueductu reficiendo probabili cura ex nostra auctoritate suscepit celeriter ad effectum faciat pervenire Nam quid aptius quam ut sicienti plebi provideat aquas Gessimus ille sacerdos et humana prudencia eos faciet quos et miraculis pascere debuissi Imitaris enim antiquissimum moysen qui estituto populo longa ariditate siccato de saxi sterilitate latices copiosos eduxit et ad implendum miraculum inde fecit currere humidos liquores ubi erat sicca durities Tu autem si fontes irriguos saxorum constructione deducis hoc labore tuo prestare populis quod ille miraculis.

Dono Gaiom etc.

Ut quidam servi testati conveniantur

32

Cum in omnibus causis velimus iusticiam custodiri quia regni decus est equitatis affectus In eis maxime que fisci nostri nomine proponuntur. Nolo quemquam detestabili calumpnia invidiam regnantis affligat. patimur enim superari salua equitate per leges ut inter arma possimus esse victores Nam qui licet subitos superat non debellat adversos Marini itaque relacione comperimus bres testatas apud iohannem quondam sub emissione cyrographi fuisse depositas Et quia nobis competere manifestum est quod ad prescriptum poterat negocium pertinere Ideo quod presenti auctoritate precipimus ut uxorem supradicti iohannis filiumque eius Januarium mandata exsecucione conveniat et quod sit testata iniuste se retinere cognoscit equitatis consideracione restituat. Vel admitimus competenti sponsione premissa ad consularem campanie veniant, legibus audiendi Ubi cuncti partibus

positis te imminente quod forma continet testimonium diva[.] lium censeatur. Ita tamen ut nullo preiudicio nulla iniuria ro[..] dampno innocencia pregravetur, nec aliene accusacionis invidiam tua facie videaris offensam.

Iudeis ianue morantibus

Custodia legum civilitatis indicium et reverencia priorum principum nostre quoque testatur devocionis exemplum. Quid enim melius quam plebem sub precepto degere, velle iusticie ut conventus multorum disciplinabilium sit et non adunacio voluntatum. Hec enim populos ab agresti vita in humane conversacionis regula congregavit, hec vero a feritate divisit ne arbitrio casuali vagaretur quos divina regi consilio voluit. Oblata itaque supplicacione divina regi consilio... privilegia vobis debere servari que iudaicis deposititis privilegia provida decrevit antiquitas institutis, quod nos libenter annuimus qui iura veterum ad nostram cupimus reverenciam custodiri. Atque ideo priorum auctoritate censemus ut quecumque legum statuta monuerint, circa vos illibata serventur, civitatis quod ad civitatis usum constat esse repertum devotione perpeti teneatur.

Custodiam legum civilitatis et describit et annuit ut salventur privilegia iudeorum

33

Dude Saioni

Prudencie mos est in humanos usus talenta terris abdita renovare, commercium quippe viventium non dicere mortuorum quia et nobis infossa perimunt et illis in nullam partem profutura linquuntur. Metallorum quippe ambitus solacia sunt hominum, et iam divitiis auri vera similis est reliquie terre si careat usu. Cresit ad precium et apud vivos sepulta sunt que tenacium manibus includuntur. Atque ideo mandata iussione decernimus ut ad illum locum in quo latere plurima suggeruntur sub publica testificacione convenias. Et si aurum ut dicitur vel argentum fuit tua indagatione detectum compendio publico fideliter vendicabis. Ita tamen ut abstineatis manus a cineribus mortuorum quia nolumus lucra que per funesta possint scelera reperiri. Edificia tegant cineres, columpne vel marmora ornent sepulchra. Talenta non teneat qui vivendi commercia reliquerunt. Aurum enim sepulcris

Ut perquirat aurum et argentum in terra custoditum

34

Ne tangantur sepulchra mortuorum

iuste detrahitur ubi dominus non habetur. Immo culpe genus est inuti-
liter abditis relinquere mortuorum unde se vita potest sustentare
viventium. Non est enim cupiditas eripere que nullus se
ingemiscit dominus amisisse. Primum enim dicitur aurum Eacus ar-
gentum Indus rex Scithie repperisse et hec humano usui summa
laude tradidisse. Quod enim in commune nos negligere non debemus
ne sicut latencia cum laude sunt prodita ita inventa cum
vituperacione videantur esse neglecta.

Actoribus viris illustribus

Restituuntur bona heredum in integrum

37

Consulto provida decrevit antiquitas minores con-
stitutos liberos non habere ut et insidiancium laquei frus-
trarentur et lapsis etas lubrica subveniret. Ob-
rueretur quippe innocencia si relaxaret audacia et
cum cunctis fallendi studium si fraus subrepticium lucraretur
effectum. Et ideo prisce consuetudinis supplicatione porrecta
suggestis patronum vestrum in annis minoribus constitutum
in facultatibus suis pocius aggregasse dispendia dum
ignava puericia contraria gerit que profutura putavit.
Et nunc ad tempus etatis asserit quo per ignoranciam lapsis
subvenire possimus allegantes ut quod iura tribuerint
nostra quoque beneficia largiantur. Atque ideo si peticio vestra a
veritate non deviat et intra spacia degit quibus hoc benefi-
cium leges sacratissime prestiterunt. Et si nichil est quod con-
tra eum iure reservat pronum sollempniter causa cognita
in integrum eum restitui nostra quoque permittit auctoritas.
Ita tamen ut omnia secundum leges et iusticiam peragantur.
Quia sic supplicantibus consulere volumus ut contra ad-
versarios per iniusticiam non gravemus.

Fausto preposito

Relaxatur tributa provincie per qua exercitus transiens sata corpora conculcavit

36

Prudentissimi principis est convenit in minutis re-
linquere tributaria functionum ut reddituris stu-
diis ad implenda sollempnia recurrentur qui
pressi dampnorum acerbitate defecerant. Nam si fesso
minime relevetur onus de necessitate terrent iacet prostratus.
Melius est enim parva dampna contempnere quam exiguo
questu perpetua commoda non habere. Atque ideo illustris mag-
nificencie tua provincialibus Alpium Cottiarum assem publicum
per indictionem terciam nos relaxasse cognoscat quos trans-
iens noster exercitus more fluvii dum irrigavit oppressit.

Nam licet per generali securitate frumenti adunacione prouperit pariens tamen istorum culta uastauit. Vadit enim semper fluuius alueum suum et licet molliter egrediens uicina fecundet illud tamen reddit sterile quo collectus influxerit. Vnum necesse fuit timita uastacione deiectis porrigere dexteram salutarem ne ingrati dicant se perisse solos pro defensione cunctorum. miscreatur potius leticie qui uictum italie defensoribus prestituit. Tributa enim non dantur a tristibus ex quibus quos tributarios feliciter acquisiuimus. Dicat pro illis et pro quos tributarios feliciter acquisiuimus. Et cum non noster animus quod regi non potest imputare subitus. Et cum nostro dispendio prosperitati gothorum nos necessaria prebuimus ut hostis uincetur illesus etc.

Theodosio uiro illustri etc.

Decet prudencie uestre curam subitorum negociis adhibere custodiam quia nostris ordinacionibus illa fieri debent que regiam possunt demirare prudenciam. Sic enim tuorum a te abicias credimus quia memor natalium tuorum a te abicias omne uiciosum. Et illa sola diligere possis que et nos amare cognoscis. Puorum forsitan oblectentur exempla elongancium se a generoue moribus sint sua uerecundia. Similes autem filii prium precomia mox secuntur. Renatus itaque flebili nobis adicione conquestus est. Deos delegantibus cognitoribus iudicatum se contra inquilinam nomine per longa interualla temporis meruisse. Et ex iuriis dampnis quibus confecto nostram tandem prospexisse iusticiam. Dec tamen litigantis improba cessare supplicatis. Vt non tamen uincendi uotum quam questisse ui dedit aduersarii detrimentum. Quapropter si nobis iubentibus iudicata cognoscitis nec constat aduersarium prouocasse legaliter finitum iure negocium. In sua manere facias firmitate ne longa questio litigancium non tam urgeat parsimonia sed cautat. Et quod fit ambitu lucri causa iudicatur esse dispendii etc.

Fausto preposito etc.

Cum omnes uel per nostre partes equabiliter desideremus augeri. Incrementa tamen fiscalium tributorum iustissime

Tributa a tristibus non dantur vel regi

Vt causam post litigata et iudicio definita non sinat iterum lite resumere

31

Ne gruet censibus iura stili constituti

38

sunt pensanda iudicio. Quia sufficiencium imminutio est
huius illacionis accessio. Quantum enim pars illa proficit, tantum se
hec firmitate subducit. Sed a nobis qui fisci utilitatem
stabili volumus diuturnitate consistere excludenda est
dispendiosa semper enormitas. Ne augmento suo tumens
summa deficiat incipiat enim magis deesse quam visa est
immaniter accrevisse. Proinde illustris magnitudo
tua Grauasianos atque Pontinatos nobis supplicasse
cognoscat a Ianuario. Sed et probo discussoribus iniquis se
oneribus ingravatos. Cum sterilitas ieiuna locorum non
sibi augmenta fieri paciatur. Repugnante siquidem natura
quibus cedit industria, nec prodest studium laboris impendere
quod ubertas loci non agnoscitur adiuuare. Ibi potest census
addi ubi cultura proficit inde et vara tributa quia non est
agrorum una fecunditas. Atque ideo consuetudine eis pristi-
nam revocandam esse censemus ut sicut Odonatus hoc
tributa soluerunt ita et nunc ab eis publicis utilitatibus
prebeatur. Et si quid amplius probatum, aditum conside-
racione defectarum virium submovemus. Nolumus enim
tale aliquid indici quod sit necesse removeri.

Viro illustri Patricio v

Inter ceteras quibus humanum genus sollicitatur illecebras,
paene vitanda est alienarum rerum turpis ambicio, que in
immensum iacta rapitur si iusticie ponderibus non premitur.
Avaricia siquidem radicem esse omnium malorum et leccio divina
testatur, que tali sorte potita est ut cum multa rapiat
semper egeat. Quam propter vicinitatem criminis nostri sic utique animis
nobis coalescere nolumus, ut illi nec inicia concedamus.
Quid enim faciunt sordes animorum in splendore natalium.
Illud te pocius decet eligere quod nos possit ornare.
Praeclari sanguinis virum non decet vulgare desiderium, quia
genus suum esse conspicit purpuratum. Convicimus itaque
te per incitamenta peccorum in quo adhuc non debemus esse
districti. Dominicus itaque vir spectabilis data nobis sup-
plicacione conquestus est possessiones iuris sui pred-
ab hominibus vestris ausu temerario neglectis legibus fuisse
pervasas. Dum civiliter oportuerit recipi si iure videbatur
exposci. Sed quia de vobis non patimur diucius obscena iactari

Ut qui bona morum dili-
guerunt per pom[...] ostentant

39

Avaricia est radix omnium malorum

Nobiles decet esse honoratos

qui generis claritate fulgetis presenti auctoritate censemus ut
imminente Guda sagione nostro si momenti tempora suffragantur
occupata nuper cum omnibus que direpta sunt supplicanti
faciatis sine aliqua dilatione restitui. Et si quid partibus
vestris de legibus creditis posse competere instructam personam
ad nostrum comitatum destinare vos convenit ut intento:
nobis prius sub equitate discussis servatur sententia quam
iuris dictat auctoritas. Generosos quippe mores omnia
convenit sub moderata civilitate peragere quia tum po:
tentibus lesionis crescit invidia quantum premi posse creditur
qui fortuna inferior comprobatur

de relevatione oppressorum Th[eodericus rex]

Actoribus probini

De relevatione oppressorum

XO

[D]istrictius aliqua iubere compellimur amore iusticie
quam clementiora sunt nostri p[ro]positi.
dum ita mores fortunas ... ad iniuriam qui potuit
torii instituta trahit eum ad iniuriam qui potuit
subdi et hoc habet beneficium mediocritatis sue ut probatione
salva interim moveat ad dolorem quia crudelitas
sublevat humiles. premit invidia potiores. Datis itaque
precibus allegatis Basilium virum spectabilem nostra dudum p:
tepta meruisse ut possessio artinatina quam pro:
ea a coniuge eius Agapita iuris fuerat sollempnitate
mercatus postposita dilatione cum documentis omnibus
precio coniugi redderetur. dum se a suis penetralibus sollicitatam
querereretur uxorem. Addentes more iusticie
laudabiliter qualiter postea fuisse preceptum ut si pro omni vestre cause quali-
tate presumerent ad nostrum comitatum citius destinarent ut que
convenire poterant velut a iusticie fontibus emana-
rent. Quapropter si nullo mendacio vitiantur asserta
per officium nostre sedis Basilium decrevimus admoneri ut si
nichil est quod pro suis partibus possit opponere quoniam
in hac causa pulsetur. vestre intentionibus responsurus
occurrat seu ad comitatum venire seu in competenti
foro iurgare maluerit quia nullis necessitatem longin-
quitatis imponimus nisi qui suis commodis habet expe-
dire cognoscitur. In locum siquidem beneficii nostram preciam
damus et ideo non debet invitis imponi quod meretur optari.

Johanni Archiatro Theodericus Rex

Similiter de releuatione oppressorum

21

sospitatem. sciant se huic reddere rationem qui operandam sus-
cipiunt humanam salutem. Quod ars prudenter elegerit
non quod a casu quis fecerit editur. alioquin periculis po-
tius exponimur. si vagis voluntatibus subiacemus.
Unde si edificatoria fuerit mox quatitur. obscura nimium est
hominum salus temperies ex contrariis humoribus constans
ubi quicquid horum excreverit ad infirmitatem protinus
corpus adducit. Hinc est quod sicut aptis valitudo fessa
recreatur. sic venenum est quod incompetenter accipitur.
Habeant itaque medici pro incolumitate omnium introductum
magistrum. Vacent igitur libris experiencie. delectentur
antiquis. Nullus iustius assidue legit quam qui de hu-
mana salute tractavit. Deponite medendi artifices
noxias egrotancium contenciones ut cum vobis non valetis
cedere inventa vestra invicem videamini dissipare. Habetis
quem sine invidia interrogare possitis. Omnis prudens
consilium querit. dum ille magis studiosior agnoscitur qui
cautior frequenti interrogatione monstratur. In ipsis quip-
pe artis huius initiis ut initiis quodam sacerdocij
conservavit. Doctoribus enim vestris pro-
mittitis sacramenta vos conservavit. Sic vobis
mittitis odisse nequitiam et amare puritatem. quibus ante momenta
liberum non est sponte delinquere. Et ideo diligencius
sancte animas imponitur obligare. corroborent imbecilles
exquirite que curent saucios. casus lapsus excusat. homicidij
Neque delictum medici est. Sed credimus iam ista
crimen est in hominis salute peccare. qui vos debeat admonere
sufficere quam enim prestimus.
Quapropter a presenti tempore comitive archiatrorum honore
decorare ut inter salutis magistros solus habearis eximius

Prudens querit consilia.

No[ta]

et omnes tuo cedant iudicio. quis se ambitu mutue conten-
cionis excruciant. esto arbiter artis egregie corp[orum] q[ue] dis-
tingue conflictus quos iudicare solebat solus effectus.
In ip[s]is egros curas si contenciones corp[orum] noxias pru-
denter abscidas. Magnum munus est. subditas hu[m]ane prude[n]-
tes. Et mi[ch]i illos honorabilem fieri quos ceteri verentur.
Visitacio tua sospitas sit egrotancium refectio debilium
spes certa fessorum. Requirant rudes quociens visitant
egrotantes si dolor cessavit si sompnus affuit. De suo
vero languore te egrotus interroget. audiat q[uod] a te ve-
rius quod ipse patitur. Habetis et vos certe verissimos
testes quos interrogare possitis. perito quippe archia-
tro venarum pulsus enunciat quod intus na[tur]a patiatur.
Offeruntur et oculis urine ut facilius sit vocem cla-
mantis non audire quam non ad huiusmodi signa sentire. In-
dulge te quoque in[ter] palacio, habeto fiduciam ingredien-
di que magnis solet precijs comparari. Nam licet alij
subiecto iure serviant. tu rerum dominio studio p[re]stanti
observas. fas est tibi nos fatigare ieiunijs fas est
eciam contra nostrum sentire desiderium. Et in locum beneficij dic-
tare quod nos ad gaudia salutis excruciet. Talem
tibi denique nostri licenciam esse cognoscis. qualem nos
habere non probamur in ceteris et c[etera]

Formula consularitatis et c[etera]

Quamvis dignitatem tuam a consulibus descende[re]
nominis ip[s]ius videantur testimonia declarare
tamen et insignia tanta consistunt. ut nullus possit
ambigere te de illius lampadis claritate lucere. Securibus
enim et fasces quos illi g[e]nio dicavit antiquitas
tuis videntur phaleris deputata. ut iurisdicio con-
cessa pavoribus utique possit admonere provincias. Dec[et]
quale tibi debet esse quod curules inclitas p[ro]batur
ornare vultus qui eciam regnancium gemmata popa
p[er]mittit obsequium. ut non solum simi[li]s indicijs s[ed] et duor[um]
reverencia cumulatus oriens. Ob magne gracie
inventum de nomine consulis p[er]mitteris clementissime
et de principum ymagine metuendus. In aliquibus
adhuc provincijs ornatus penula decoraris et sub-
iectione carpenti ut multis declaratur indicijs. per

Nota
Bon[um] q[uod] ... [illegible]

20

expressas verum ymagines vices te precelse gerere dignitatis
Considera magnum esse quod suscipis et nulla deiectione
criminum inicieris. Nominis tui auctor multa tibi confe-
rendo laudatur. tu age ne ullis cupiditatibus accuseris
ut si dare non prevales certe moderari te nolle festines. Proximum
enim fertur donanti de quo potest dici abstinens est. negligere
alieni certe fedissime cupiditatis est vitium. stude fortis
et hoc vocabulum largitatis. Erigat ad laudem tuos mores
quod notaris non te pervicto imparem facis vitiis
si turpissime ambitionis delicta calcaveris. Stude ergo
res noxios vincere vicia maculosa superare. Nam iste
vere est editus de moribus consulatus. nec enim superflue
prudentissimi veterum talia verbis nomina imposuerunt
dum continentie magne consulem principiis mittentes con-
sularem. Triumpha iura publica largitione iusticiam et
ex fortiore parte initium prevales que nomina prosperitate
contingis. pecuniis potest indigere mediocris morum con-
centu non potest non habere qui iustus est. Non paucitas lar-
gitas consilium manus sunt et boni pauperes divitias suas
Illud ergo a te queritur quod in parte de humano nascitur.
non quod tene viscibus continetur. Tanto melius tu per hac
ex animi thesauro unum nunquam nascitur penitudo. quia
nec efficieris tenuis cum plura concedis quinimmo tanto
locupletior reddereis quantum te bona conscientie sparsisse cog-
noscis. Cum aspectus opinionis tue laude pellecti per illa
indicionum nulla provincia consularitatis te percipimus
agere dignitatem. ut tibi non sit acceptum quod probatur
legibus inimicum. Illa magis dilige que equitatis iura
commendant. Nomen tuum actionibus proba. consule fessis
et tue vere dictis consularis sunt ut omnia equabili modera-
tione pensentur. stude iusticie pecunias non querere
Et agnosces copiosa tibi munera provenire. hac enim
condicione humanis actibus divina possunt ut ille magis
possit ditescere qui lucra turpia nescit optare. Ignoro
vates accipiunt quibus bene agunt. quia necesse est ut
dum pauper malorum ambitio contempnitur super-
non munere plus donetur.

Formula rectoris provincie de moribus et tiro malorum

21

minime providere decrevit antiquitas iudices ad provincias
mitti ne possit ad nos veniendo mediocritas ingra-
vari. Quis enim latronum non ferret audaciam si lon-
ge positam cognosceret disciplinam. Absolute poterit vis pre-
sumpta grassari si conquerens tardius mereretur audiri.
O quanto melius in ipsis cunabulis adhuc mollia vepres recidere
quam indurata crimina vindicare. In compendium mittitur mala
si provincia faciamus esse iudicia. Quis enim audeat peccare
cum super cervices suas districtionem cognoverit imminere. Et
ideo te illi provincie rectorem per illam indictionem nostra mittit
electio ut venia corrigere mutaveris quos tibi commissos esse
cognoscis. Clamidis tue procul dubio inter alia clavos
extende quos scias non inaniter positos nisi ut cum
publicam principatus purpura in te cernentes te vigore
semper principis admoneres. Beniatus noster prioris
indueris quam filio suo primo venus dicitur texuisse ut
eximie pulcritudinis merito singulariter ornatus filius tes-
taretur. Respice quantum dederint leges, et ad mensuram te
potestatis extende tibi fiscalium tributorum credita
mutatur exactio. Constat esse tue fidei commissum, principi
remittiare quod in provinciis probatur cingere. Curie
senatorem ibidem residentem iubeas audire. Et in per-
fectorum militem cum primus tum conscia vindicare, tuum
nomen in subscriptionibus inseruit veteres honoratis provinci-
alibus anteferri. Quid de te existimatum sit datur adici
cui tot videntur nobiles potuisse postponi. Additur
quod a principe frater vocaris ut nobilitate precursi nominis
tollaris a criminum vilitate. Cogita tantorum hominum
tibi commissas esse fortunas. Fama erunt nostri temporis
tui mores, esto mente continens ut possis in alios esse
iudex. Prima equitas est a se presules inchoare ut
debeant criminosi metuere que nequeunt similem
reperire. Nullas enim in se culpas timet reus quas
hic cognitorem respexerit. Quia agentem male nisi de
bonis sit moribus non estimat displicere suos actus, nullus
dampnat in altero quia natura est humani animi ut hoc
imitatur potius vindicare quod se cognoverit admisisse.

Fama pret temporibus

22

O quale est liberum tribunalibus inside(re) no(n) e(ss)e obnoxium reo suo
ne incipiat potior fieri qui redemit. Timeat districtu(m) timeat
continente(m) no(n) audiat blandu(m) ut rigidam possit formam for
midare. Avari iudices nesciunt qua(n)tu(m) delinquunt q(ua)n(do) aliena cri
mina sua faciunt e(ss)e peccata. Quapropter esto
sollicitus ut bone actionis tue laudes pocius audiamus
a nobis confidenc(ius) exigis quod remittis quia t(ame)n de re
muneratione tua cogitam(us) qua(n)tu(m) te pecunias no(n) quesisse
cognoscimus

Formula comitive Syracusane

Egregiae est prudencie tales iudicu(m) p(er)sonas elige(re) ut
ad comitatu(m) necessitate(m) no(n) habeant veniendi quos i(n)
longinquis regionibus co(n)tigit i(m)morari. Nullu(m) enim
tale negociu(m) est Siculis quod itineris tantas pati possit
expensas dum commodius sit causam p(er)dere q(ua)m aliq(ui)d p(ro)
talia dispendia conquisisse. Ideo enim querelas de Sicilia
volumus venire (sed) laudes quia gravat(ur) aput nos actio
p(ro)vincialis si eam tam longinqui petitores potuerit accu
sare. Ifalsus enim dolor e(ss)e no(n) creditur ubi tanti laboris
tedia subeuntur. Et ideo maior e(st) cura illa quidem tractata (est)
vero invidia plus timetur. Proinde per indictione(m) illam co
mitiva(m) tibi Syracusane civitatis p(ro)picia divinitate co(n)cedi
mus ut ornata sic agere mitatis quemadmo(dum) nos tibi p(ro)stitisse
cognoscis de p(ro)vincialibus vota causanciu(m) sustinemus inde
aut ultro requirimus v(er)u(m) ad nos difficile venire posse
sentimus habes que te decorare debeat si tu tame(n) ibi
defecatus conscia venis auxiliu(m) tibi iuris n(ost)ri sunt
expensis reddere(s) inter arma geminatus (et) possessio
tua p(ro)vincialis ornatus est. Exercitu(m) iuris parato
vin(cere) n(on) pericula belli subis et armoru(m) pompa decoraris. Vin
tu(m) inter hec civilem cogita disciplina(m), no(n) p(er)mittas mili
tes esse possessoribus insolentes annonas suas sub mo
deratione p(er)cipiant, causis no(n) misceantur e(t) cen(sibus) p(ro)
vinciae. Qui se gl(ori)at(ur) arma
securitate om(n)i se cognoscat electu(m) qui se gl(ori)at(ur) arma
tum privilegia dignitatis tue n(on) volumus minui n(e)c
inhonorius excedi; sufficiat tibi t(ame)n (ser)v(ar)e qua(n)tu(m) decessso
res tuos co(n)stitit rationabil(iter) effecisse

Formula comitive de Rectore

23

[I]nter cetera vetustatis inventa et ordinata rerum obstupen-
da preconia hoc cunctis laudibus creditur efferri quod diversarum
civitatum decora facies aptis administrationibus videtur ornari
ut et conventus nobilium occasione celebri colligatur
et causarum nodi iuris disceptatione solvantur. Unde nos
quoque non minorem gloriam hinc cognoscimur querere qui statuta veterum
annis sollempnitatibus innovamus. Nam quid prodesset
inventum si non fuisset iugiter custoditum. Exeunt a nobis
dignitates relucentes quasi a sole radii ut in orbis nostri parte
resplendeat custodita iusticia. Ideo enim tot emolumen-
torum commoda ferimus ut securitate provincialium colligamus.
Messis nostra cunctorum quies est, quam non possumus aliter
instaurare nisi dum subiecti non conqueruntur aliquid ir-
rationabiliter perdidisse. Et ideo ad comitivam te Neapolitanam
per illam indictionem libenter adducimus ut civilia negocia
equus trutinator examines tamen quod famam tuam habita
maturitate custodias. Quantum te illi populo vel in levi culpa
facile displicere cognoscas. Urbs ornata multitudine ci-
vium habundans marinis terrenisque deliciis ut dulcissimam
vitam te invenisse ibidem diiudices si nullis amaritu-
dinibus misceatis, pretoria tua officia replent, militum tur-
ba custodit. Consides gemmatum tribunal sed tot testes
pateris quot te agmina circumdare cognoscis. Preterea littora
usque ad prefinitum locum data iussione custodis. Tue vo-
luntati parent peregrina commercia, prestas ementibus de
pretio suo, et gratie tue proficit quod avidus mercator acquirit.
Sed inter hec preclara fastigia optimum esse iudicem decet
qui se non potest occulere qui inter frequentes populos cognos-
citur habitare. Factum tuum cito sermo civitatis dum per ora
fertur populi quod a iudice contigerit actitari, habet ulti-
onem suam hominum frequentia si loquatur adversa. Et de iudice
iudicium esse creditur quod multis astipulatoribus
personatur. Quid enim melius quam illum populum gratum re-
spicere cui cognosceris presidere. Quale est per fora favorem
multorum, et illas voces accipere quas et clementes dominos
delectat audire. Nos tibi proficiendi materiam damus, tuum
est sic agere ut sua beneficia principem delectet augere.

28

Formula honoratis possessoribus decurialibus

Tributa quidem nobis annua devotione persolvitis, sed nos maiore vicissitudine decoras vobis reddimus dignitates, ut vos ab incursantium pravitate defendant, qui nostris iussionibus obsecundant. Erit nimirum gaudium vestra quies suave lucrum, si nesciatis incommodum. Decet itaque moribus compositis vivatis, legibus feriatis: opus est quemquam facere unde penas possit incurrere. Ducat index in vos causas et non inveniat. Ratio motus vestros componat, qui venerabiles vos esse cognoscitis. Improbis iudicem, testem bonis moribus destinamus, ut nemo se cogi senciat nisi quem pravitas deputaverit accusationis accusat. Atque ideo illi nos comitivam Neapolitane civitatis per illam indictionem dedisse declaramus, ut vestra gubernatione laudatus altam mereatur de nostro iudicio dignitatem, cui vos convenit obedire prudenter, quia utrumque laudabile est, ut bonus populus iudice benignissimum faciat, et mansuetus iudex gratissimum populum equabili racione componat.

27

Formula de comite principis militum

Iam apparitores habere debet iudices suos, cum eis milicia denegatur. Sed nos quibus cordi est locis suis universos ordines continere, iudicandi illis comitivam Neapolitanam domino iuvante largimur, ut indicibus annua successione reparatis vobis sollempnitas non pereat actionis, propter designato viro potestate competenter obsequium. Ut sicut vos non patimur emolumentorum commoda perdere, ita et vos parendi debeatis prescriptam regulam custodire.

Capitula libri septimi

Formula prefecti vigilum
Formula vigilum prefecti
Formula comitive portus
Formula tribuni voluptatum
Formula defensoris cuiuslibet civitatis
Formula curatoris civitatum
Formula comitive ravenatis
Formula ad prefectum urbis de architecto faciendo
Formula de comite insule curitane et celsine
Formula de preposito calcis
Formula de armis facienda
Formula ad prepositum de armis
Formula binorum et trinorum que per iudices agantur
Formula commonitorij schiavijs
Formula vicarij portus
Formula ad commendandos comiti principes
Formula comitive diversarum civitatum
Formula bonarum possessionum
Formula principis militum comitibus suis
Formula de custodiendis portis civitatis
Formula tribunatus provinciarum
Formula principatus urbis rome
Formula qua moneta committitur
Formula legatorum gentium
Formula qua princeps dirigit
Formula exortatoria
Formula commeatalis
Formula prestabilitatis
Formula clarissimatus
Formula tuitionis
Formula de matrimonio confirmando et liberis legitimis faciendis
Formula etatis venie
Formula edicti ad questorem ut ipse spondere debeat quibus saionem meretur
Formula probatoris calgariorum
Formula de competitoribus
Formula qua census relevetur ei qui unam tamen possidet pregravatam
Formula qua consobrina legittima fiat
Formula ad prepositum sub decreto curiali predia vendat etc.

Formula comitiue prouincie Equitate terrois et terrore malorum

[Q]uamuis omnium dignitatum officia a manu secludantur armata et ciuilibus
uestibus uideatur induti qui districtionem do-
cetur publicam operari. Tua tamen dignitas a
terroribus ornatur que gladio bellico rebus et pacatis
accingitur. Vide quo iudicio fueris euectus cum aliis
uigorem fastium uideamus esse creditum. Tibi autem ab ipsis
legibus ferrum constat esse porrectum. Rem cruentam
animo pacato dederunt. Ut et noxii nimium metuerent
et lesi de optata ultione gauderent. Aliogin culparent
priores si temperata omnia non fecissent. Sed cum intelligas
te ad moderamen clementie humanum facile non compescas
te ad modamen clem. humanum facile non conpiscas
exitium reus qui diu et probetur. Scito puniendi reme
dium. Datum tibi pro salute multorum, arma ista inuis sunt
non furoris. Hec ostentacio nimirum est contra noxios insti-
tuta ut plus terror corrigat quam pena consumat.
Ideo enim cogitur ferro succidere robusta qui adhuc te-
neram ubis curat audaciam, ciuilis est pauor iste
non bellicus. quem tu sic facies esse gloriosum si habere non
probetur excessum, habes causam et ferrum nichilominus metu
endum. Claudantur nexibus cathenarum quos leuium cri-
minum pulsat inuidia. Cunctator esse debet qui indi-
cat de salute. alia sententia potest corrigi Demitta tamen fact ut non
patitur inmutari. Signa tua abactores timeant, fures
pauescant. latrones exorreant. Innocencia tamen respi-
ciat leta. dum sibi auxilia uenisse credit que legum disci-
plina transmittit. Nemo redempcionibus tuum uelle de-
flectat. Gladius contempnitur ubi aurum suscipitur.
Tu te inermem reddis si a uirili animo cupiditate
recessis. Quocirca per indicionem illam comitiue tibi in
illa prouincia tribuimus dignitatem. Ut ad titulos
tuos pertinencia non execrabili lucro sed ciuilitate lau-
dabili exequaris nec quicquam presumas facere nisi quod
priuatus posses legibus vindicare. Ipsa est enim uera ad-
ministracio que et sine potestate defenditur ut tunc probetur

1

fuisse iustus. quando ei que maluit obicere possit inimicus
nec turpes vita velut fastidita deseritur. Nam si bonum pro-
vinciam administracionibus presidetis honores vos am-
plissimos comparare leges merito censuerunt. verum iam pene
videtur debitum quod vobis a tanta auctoritate ultro nos-
citur fuisse promissum etc.

Formula presidatus excitacio et instructio iudicis

2

Prudenter omnimodis inspexit antiquitas provinci-
arum dignitates successione annua reparari ut nec
diuturna potestate unus insolesceret et multorum provectus
gaudia reperirent. Sufficit enim provinciis discessisse
laudatum quia diuturnitate temporis potestatis plerumque queritur
culparum opprobria non vitantur. Illa enim vel in brevi tempore
declinare mirabile est dum frequenter et hii surripiunt
qui fascibus sub velocitate discedunt. Annus enim unus
et ad declaranda conscientie bona sufficit et facilius se
ab errore custodit. Sic in vestro proposito administracionem
unius anni suscipere nomen est bene mitis tempus augere
quia non facile removere cupimus quos iustos esse sen-
timus. Ideo conversacionis tue moribus invitati per illam
indictionem presidatum tibi in illa provincia propicia divinitate
concedimus ut sic debeas agere quemadmodum nobis
possessorum gratias cum tributis videatur exsolvere. Decessorum
bona exempla sequere a malorum te imitacione disiun-
ge. non putetur omnis consuetudo probabilis. tantum te
alienus error debet reddere non sequacem. perdit stul-
ticie culpam qui sequitur vetitum. Sed illud melius
eligitur quod prudentis opinio sub admiracione laudat.
Respice quantis sit provincia plena nobilibus. habes
qui et bene de te loqui debeant et derogare presumant
quia nulla potestas est que qualitatem fame sue de
ore hominum possit auferre. Cernis aut qui fruitur opi-
nione laudabili per confines it fama provincias. et
ibi invenit purissimam laudem ubi non imperat potestate
Additur quod terreminatum non relinquimus que egisse
probabiliter audiamus. Honore nitium et principis mereris
affectum. Voluntatem regiam in legibus habes illius abs te pa
et nostra cognoscitis implere mandata.

De bona fama

Formula gothorum per singulas provincias

Cum deo iuvante sciamus gothos vobiscum habitare
permixtos ne qua inter consortes ut assolet indis-
ciplinacio nasceretur necessarium duximus illum
sublimem virum bonis nobis moribus hactenus compro-
batum ad vos comitem destinare qui secundum edicta
nostra inter duos gothos litem debeat amputare Si quod
eciam inter gothum et romanum natum fuerit fortasse ne-
gotium adhibito sibi prudente romano certamen possit
equabili racione distringere Inter duos autem romanos
romani audiant quos per provincias dirigimus cognito-
res ut unicuique iura sua serventur et sub diversitate iu-
dicum universos una iusticia complectatur sic pace com-
muni utreque naciones dulci ocio divinitate propicia perfru-
antur Scitote autem unam nobis esse in omnibus equabiliter
caritatem sed ille se amplius animo nostro commendare
poterit qui leges moderata voluntate dilexerit Non amamus
aliquid incivile scelestam superbiam cum suis detestamur
auctoribus violentos nostra pietas execratur In causa
possint iura non brachia Nam cur eligunt querere
violenta qui presencia probantur habere iudicia Ideo enim
emolumenta iudicibus damus ideo tot officia diversis
largitoribus sustinemus ut inter vos non sinamus crescere
quod possit ad odium pertinere Unum vos amplectatur vivendi
votum quibus unum esse constat imperium Audiat uterque
populus quod amamus Romani vobis sicut sunt posses-
sionibus vicini ita sint et caritate coniuncti Vos autem
magno studio gothos debetis diligere quod et vobis in
pace manentibus populos subiciunt numerosos Et universam
rem publicam per bella defendunt Itaque destinato a
nobis iudici vos convenit obedire ut quicquid pro
conservandis legibus censuerit modis omnibus impleatis
Quatenus et nostro imperio et vestre utilitati satisfecisse vide-
amini

Formula ducatus reciarum

Quamvis spectabilitatis et reciarum honores uno
honor videatur consistere non tamen aliquid ad
insitempus soleat anteferri tamen rerum qualitate

pensa multum his creditum videtur quibus confinales populi de-
putantur. Quia non est tale pacatis regionibus ius dicere
quale suspectis gentibus assidere ubi non tantum vicia quantum bella
suspecta sunt nec sola vox preconis insonat sed tubarum sonitus
frequenter insultat. Recia namque munimina sunt Yta-
lie et claustra provincie que sic appellata fore non inmerito
iudicamus quando contra feras et agrestissimas gentes velut
quedam plagarum obstacula disponuntur. Ibi enim et impe-
tus gentilis excipitur et transmissis iaculis sauciatur
furibunda presumpcio. Sic gentilis impetus vestra venacio
est et ludo geritis quod vos assidue feliciter egisse sentitis.
Ideoque validum te ingenio ac viribus audientes per illam
indictionem ducatum tibi credimus Reciarum ut milites et in pace
regas et cum eis fines nostros sollempni alacritate circuias
quia non parvam rem tibi respicis fuisse commissam quando
tranquillitas regni nostri tua creditur sollicitudine custo-
diri. Ita tamen ut milites tibi commissi vivant cum provincialibus
iure civili nec insolescat animus qui se sentit armatum.
Quia clipeus ille exercitus nostri quietem debet prestare Romanis
quos ideo appositos constat ut intus vita felicior
secura libertate carpatur. Quapropter responde nostro iudicio
fide nobis et industria placiturus ut nec gentiles sine
discussione suscipias nec nostros ad gentes sub incuriositate
transmittas. Ad necessitatem siquidem rarius venitur armo-
rum ubi suspecta subreptio custodiri posse sentitur. Pri-
vilegia vero dignitatis tue nostris tibi iussionibus vendicabis.

Formula cure palacii v

(a) Aula nostra sicut agnoscitur peritis dispositionibus
instituta ita doctorum circa eam diligens debet esse
cautela quoniam pulcritudo illa mirabilis si sepe
non reficitur senectute obrepente subito viciatur.
Hec nostra sunt oblectamenta potentie imperii decora fa-
cies testimonium preconiale regnorum. Hec legatis sub
admiratione monstrantur. Et prima fronte talis dominus esse
creditur quale eius habitaculum comprobatur. Et ideo magna
voluptas est prudentissime mentis pulcrima iugiter
habitacione gaudere et inter publicas curas animum fessum

L

refecit dulcedine fabricarum quas primum ciclopes dicuntur ad an-
trorum modum amplissimas in sicilia condidisse postquam in ca-
vernis montium poliphemus ab ulixe singularis oculi lu-
men fundendo pertulerat orbitatem Inde ad ytaliam fabricandi
peritia legitur fuisse translata ut quod talibus ac tantis
institutoribus inventum est emulatrix posteritas in suum commodum
custodiret. Hinc est quod spectabilitatem tuam ab illa indictione
curam palatii nostri suscipere debere censemus ut antiqua in
nitorem pristinum contineas et nova simili antiquitate produ-
cas quia sicut decorum corpus uno convenit colore ves-
tiri ita nitor palatii similis debet per universa membra
diffundi ad quod sic poteris ydoneus inveniri si frequenter
geometricam legas euclidem si scemata eius mirabili vari-
etate descripta in tue mentis contemplatione condideris ut
hora commonito eius tibi famuletur copiosa noticia.
Archimedes subtilissimus exquisitor cum matrobio tibi semper
assistant ut ad nova reddaris peritissimus qui librorum
veterum conditus lectione es. Non enim tibi cura minima delegatur quando
animum nostrum fabricandi studio cupidissimum artis tue ministerio
probaris explere. Nam sive ubi aut civitatem reficimus
aut castellorum fundare moenia volumus novitatem vel si construen-
di nobis pretorii amenitas blandiatur te ordinante ad
oculos perducitur quod nobis cogitantibus invenitur. De-
corum magisterium propositum omnino gloriosum in tam longas
etates mittere unde te debeat posteritas admirata laudare.
Quidquid enim aut instructor parietum aut sculptor mar-
morum aut eris fusor aut camerarum rotator aut
gipsoplastes aut musivarius ignorat te prudenter
interrogat. Et tam magnus ille fabrilis exercitus ad tuum
recurrit iudicium ne possit aliquid habere confusum. Vide
ergo quanta debet nosse qui possit tantos instruere.
Recipis et tu bone dispositionis tue uberrimum fructum cum tu
de illorum labore laudaris si ab eis diligenter structa mirantur.
Ita ergo quidquid ad te pertinet ita recte ita firmiter
volumus explicari ut ab antiquis sola distet novitas
fabricarum. Quod haec possibilia facis si dona nostra nulla cu-
piditate suppresseris. Efficacius enim imperat artifici qui
eum competenti non patitur commoditate fraudari. Manus

Decor magisterium

Nota

Λ

causa artium nutrit ingenia. Cum qui de victu non cogitat
perficere iussa festinat. Illud quoque considera qua gratificatione
tractaris, ut aurea virga decoratus inter obsequia numerosa
ante pedes regios primus incedas in ordine, ut ipso testimonio
vicinitatis nostre agnoscamur tibi nostra palacia commisisse.

Liberalitas nutrit artes.

Formula comitive formarum de formis et aquis urbis

Romanis romulee fabrice collate sibi
ubique preconium precipue reperiri quia totum usque ad
miracionem noscitur exquisitum quod ibi constat esse
fundatum. Interesse tamen arbitramur in eo quod utilitas necessaria gratificat.
Et quod pulcritudinis tantum causa commodat. Traiani
forum vel sub assiduitate videre miraculum est. Capito-
lia celsa conscendere hoc est humana ingenia superata vidis-
se. Sed numquid per ea vivitur aut corporis salus aliqua
inde delectacione recreatur. In formis autem romanis utrum-
que precipuum est ut fabrica sit mirabilis et aquarum salu-
britas singularis. Quot enim illic flumina quasi constructis mon-
tibus perducuntur. Naturales credas alveos soliditate
saxorum quando quibus tantus impetus fluminis tot seculis
firmiter potuit sustineri. Cavati montes plerumque sub-
ruunt, meatus torrencium dissipatur. Et opus illud veterum
non destruitur si industria suffragante servatur. Respiciamus
certe aquarum copia quantum romanis menibus prestat or-
natum. Nam termarum illa pulcritudo quid esset si dul-
cissima quedam equora non haberet. Currit aqua virgo sub
delectacione purissima que ideo sic appellata creditur,
quod nullis sordibus polluatur. Nam cum alie pluviarum
nimietate terrena commixtione violentur. Hec aere
perpetuo sereno purissime labens unda mentitur. Quis
possit talia sermonibus ydoneis explicare. Claudiam per
tanta fastigii molem aventini taliter esse perductam.
Ut cum ibi ex alto lapsa ceciderit cacumen illud excel-
sum quasi imam vallem rigare videatur. Egipcius nilus
certis temporibus crescens per campos iacentes superducto di-
luvio aere sereno turbulentus estuat. Sed quanto pul-
crius est Claudiam romanam per tot siccitates moncium sub-
limitates lavacris ac domibus liquores purissimos fistu-
larum uberibus emisisse. Et ita equaliter fluere ut numquam

6

se possit desiderata subducere. Ille enim dum recedit limus est, dum venit insperate diluvium. Quibus igitur famosum nilum urbis nostre fluminibus non estimet esse superatum, quando ille incolas suos aut veniendo terret aut recedendo destituit. Que nos hec non superflua commemoratione narravimus ut possis advertere qualis a te diligencia requiratur cui pulcritudo tanta committitur. Quapropter per indictionem illam comitivam tibi formarum sub magna deliberatione credidimus ut summo studio nitaris efficere quod tantis ac talibus rebus respicis expedire. Inprimis noxias arbores que inserunt fabricarum ruinas dum sunt quidem menium importabiles arietes tenerrimas radicitus amputare, quia nulla lesio removetur cuius origo non tollitur. Si quid autem conficiente senio fuerit demolitum pervigili celeritate reparetur ne crescente defectu augeatur nobis causa dispendii. Ductus aque fortuna tua est. Dum incolumnes eos si illa solidaveris tamen quod aput nos perficis quantum te illis studuisse probaveris. Agat ergo pericia fides quoque tua ut et constructio fabrice illibata permaneat et aque distributio nulla se custodum venalitate subducat.

Formula prefecti vigilum

De furibus capiendis

Λ

Quamvis nomen tuum ad civitatis te vigilias debeat excitare ut possis implere quod diceris, tamen providentie solita cautela non deserit quando eos quos ad agendum delegimus ad parendum quoque suaviter invitemus. Quid enim tibi pulcrius quam in illa urbe operam ovanter impendere diligencie tue ubi tales testes videtur assistere. Cautela quidem tua mox ut fuerit per patriciorum et consulum ora dissonuit. Vix te contingit aliquid sollicite facere et audis proceres tuam administracionem laudare. Mediocrem dignitatem regis et in summa opinione versaris. Custos romane civitatis diceris quam eam ab intestino hoste defendis. Quapropter circa fures esto sollicitus quos et si tibi leges punire minime precipiunt, tamen eos indagandi licenciam contulerunt, quoniam raptores sunt detestabiles, fures tamen longe deteriores existimant. Quos tue subdimus dignitati. Per indictionem illam prefecture vigilum prestare. Horror tibi penarum

adeptus est non parvis. Nam lex a quo voluit malos capi ipsum censuit plus timeri. Eris igitur securitas soporantium, munimen domorum, tutela claustrorum, discussor obscurus, arbiter silenciosus. Cui fallere insidiantes fas est, decipere gloria. Actus tui venacio nocturna est, que miro modo si non cernitur, tunc tenetur. Furta magna et furibus facis, dum illos circumvenire niteris, quos omnibus illudere posse cognoscis. Prestigii genus est quod agis, ut latronum versucias intrare possis. Facilius enim existimamus spingis enigmata comprehendi posse quam raptoris fugacem experienciam reperire. Ille circumspectus ad omnia, instabilis ad ventura, trepidus ad insidias, quemadmodum potest capi, qui more venti nullo situ noscitur contineri. Vigila impiger cum nocturnis avibus. Nox tibi pandat aspectus. Et sicut ille reperiunt in obscuris cibum, ita tu possis invenire preconium. Esto nunc ad iniuncta sollicitus, venalitas tibi non adimat quod concedit industria. Nam licet hec sub profunda caligine videatur geri, nullus tamen actus est qui possit abscondi. Privilegia quoque tua ut officii deputati ex nostra tibi auctoritate venabilia venditabis, quia necesse est in tam magna civitate per diversos iudices agi quod ab uno non potest explicari.

Formula de custodia civitatum

Damnis dignitate magni nominis prima fronte decoloreris, quia non potuit antiquorum prudentissima vnicuique simili appellacione censere, ne splendorem quem summis dabat altius vilitate pollueret. Tamen hinc intelligitur quid sentire maiorum potuisset auctoritas, quod prefectos vigilum nominibus appellare voluerunt, qui pro geniali quiete desudarunt. Tibi enim fortunarum securitas, civitatis ornatus, utilitas omnium commissa est, ut contra domesticos grassatores bellum pacatum geras, si quem civium ledendum esse senties. Custodis fortunas omnium, securus somnus te vigilante carpitur et molestia nulla sentitur. In pace positus summis de nocturno fine victorias et tuis laudibus mane civitas

defensa letatur· que dum captos respiciat, tunc se occulto hoste
caruisse cognoscit Cottidie triumphas si bene uigilas· et cu
rarum sit gloria bellici certaminis tibi iugiter latronibus famulat
inuentis De ducatum nimia ciuium affectione susceptum, as
sumes predones inquirere quos non ualet mundi dies inuenire
Et dupplici rone beneficiis aut fortuna furta prohibes aut
admissa concludis· r· Omne ista est ineffabilis quedam gloria
ciuitatis unum hoc in se suscipe quod uidet omnibus expedire
Merito tibi gloriosum nomen prefecti prudens antiquitas de
putauit, quia istud facere non poterat nisi qui continens suis
comodis plus amabat· Officium quoque tuum non constat
munere subleuatum· quamuis et ipsius momenti iura dilata sunt
qui pro ciuium securitate militare noscuntur· Quae cum ita sint
prefecturam tibi uigilum per illam indictionem delectati tua oppi
nione concedimus Ita ut et curam huius dignitatis et priuilegii
tibi competentia modis omnibus exequaris Sed quamuis non
men odiosissimum furum generalis persequatur assensus tamen quia
de effusione humani sanguinis agitur· nichil subitum
aut indeliberatum iubemus assumi modestiam sequere que
dampnas audaciam, continenciam dilige qui furta con
dempnas Ad gesta perducti audiatur aliquid pro salute
dicturi enim quidquid non discutitur iusticia non putatur
Conuictis uero atque confessis que sunt decreta serventur
quoniam crudele nichil efficit qui sequitur leges

Formula comitiue portus

Deliciosa magis quam laboriosa milicia est· in portu
romano comitiue gerere dignitatem Illic enim co
piosus nauium prospectatur aduentus Illic uelificantes
mare peregrinos populos cum diuersa prouinciarum merce ingre
mittit Et inter tot spectacula dulcium rerum comodum tunc
uenientes euasisse periculum huius primum faucibus romane
delicie senciuntur et undis tiberinis quas per alueum uadunt
que ad conuiuia ciuitatis ascendunt Bene inuenta dig
nitas que copiam uidetur ornare romanis Nam quid
elegancius potest agi quam rerum probare plus ipse saciari· De
inuenta maiorum o exquisita prudentie ut quia longius
a littore roma uidebatur porta inde magis esse inciperet
ubi decorum ingressum nauium possideret Duo quippe meatus

aluei tyberini decorant ornatissimam ciuitatem Et cum tantum
duo brachia susceperunt ne nauicet a gra quod tante urbi
ministret expensas. Eximia ergo res tibi committitur si
moderate peragitur. Tu copiam facis dum ingredientes in-
te titancis Auara manus portum claudit, et cum digi-
tos attrahit nauium simul uela concludit. Merito quo illa
mercatores cuncti refugiunt que se dispendiosa esse cognosc-
unt. Eua app' adusus ibi nectus est inmoderata presumpcio
etc. Nam placidum mare dampnat qui undas cupiditatis
exaggerat. Unusquisque pro sollempnitate commoniti
offerat uoluntarium munus, exenia sunt enim ista
non debita a paucis accipit qui nimium querit Et sibi
ipse nutrit uite munera qui moderatur oblata sit tibi ergo
cura precipua non solum te abstinere uerum etiam cohibere presu-
mencium manus quia non est leue in illa ubertate delinq-
ere quam decet cunctos indesinenter optare. Quo circa per
indictionem illam comitiue portus te honore decoramus
ut sicut tibi dignitas dulces delicias administrat Ita tu
honori oppinionem laudabilem derelinquas etc

Formula tribuni uoluptatum etc

10

Quamuis artes lubrice honestis studiis sint re-
mote et ystrionum uita uaga uideatur efferri
posse licencia, tamen moderatrix prouidit antiquitas
ut in totum non effluerent cum et ipse iudicem sustinerent. Ad-
ministranda est enim sub quadam disciplina exhibitio uolup-
tatis. Teneat scenicos si non uerus ut uibratur ordo iudicii
Temperentur hec legum qualitate negocia (quasi honesta
imperent inhonestis et quidam regulis uiuat qui uiam
recte conuersacionis ignorat. Student enim illi non tam iocun-
ditati sue quam aliene leticie et condicione peruersa cum
dominatum suis corporibus tradunt, seruire pocius animas com-
pulerunt. Dignum fuit ergo moderatorem suscipere qui se nesci-
unt iudicia moderacione tractare, locus quippe tuus his
gregibus hominum ueluti quidam tutor est positus. Nam sicut
illi etates teneras adhibita cautela custodiunt, sic
a te uoluptates feruide impensa maturitate frenande sunt.

age bonis institutis quod nimia prudencia constat invenisse
maiores. leue desiderium et si verecundiam non cohibet. districtio
predicta modificat. Eligantur spectacula suis consuetudinibus or-
dinata quia nec illi possunt invenire gratiam nisi imitati fuerint ali-
quam disciplinam. Quapropter tribunum te voluptatum per illam
indictionem nostra facit electio ut omnia sic agas quemadmodum tibi
vota civitatis adiungas ne quod ad leticiam constat inventum
tuis temporibus ad culpas videatur fuisse transmissum. Cum fa-
ma diminuitur. salua tua opinione versare castitatem dilige
cui subiacent prostitute. Vt magna laude dicatur virtutibus
studuit qui voluptatibus insistebat. Optamus enim ut per illu-
dicram administracionem ad seria pervenias dignitatem et l

11

Formula defensoris cuiuslibet civitatis qualiter debeat esse defensor

Si ad quodlibet negocium peragendum talis eligitur
qui consilio et gravitate laudetur. Quanto prestan-
cior esse debes qui suscipis negocia civitatis. Nam
si periculum est unum decipere quid erit imparem tantorum
iudicijs extitisse. Causa enim multorum bene acta nobilitat
quem totum bono proposito agere creditur qui generalibus desiderijs
adesse sentitur. Defensorem te itaque illius civitatis per indi-
cionem illam civium tuorum supplicatione permoti nostra concedit
auctas. Vt nichil venale nichil improbum facere velis
qui tali nomine nuncuparis. Commercia civibus secundum temporum qua-
litatem equabili moderacione dispone. diffinita pretia que con-
stituerint quia non est labor vendendi summas includere si statu-
ta pretia castissime custodire. Imples enim vere boni defen-
soris officium si cives tuos nec legibus paciaris opprimi nec caristie
consumi.

12

Formula curatoris civitatis

Vanius pre honorabilis habeatur qui vel minima
sollicitudine civitati sue videtur impendere et inter
suos magna reverencia preferatur qui cives se-
amare professus est tamen indubitatus honor est qui nostra elec-
tione confertur. quia proditus bonis institutis creditur
cui aliquid auctoritate principis delegatur. Et ideo ab indictione
illa illius civitatis curam ad te volumus pertinere ut laudabiles

ordines curie sapienter gubernes. moderata pretia a barbaris quod
iniunctum est facias custodiri. Vero sint nimis in potestate sola ven-
dentium equabilitas grata custodiatur in omnibus copulen-
tissima siquidem civium, et hinc gratia colligitur, si pretia sub
moderatione serventur. Tunc veri curatoris imples officium
cum tibi sollicitudo fuerit de utilitate cunctorum. Consuetudi-
nes autem tibi ex nostra auctoritate defende quas in eodem loco
tuos constat habuisse maiores.

Formula comitive Romane

Si clausis domibus ac munitis in securitate ma-
nentibus insidiari solet nequissimum votum, quanto
magis in romana civitate videtur alliciri qui in pla-
thea pretiosum repit quod possit auferri. Jam quidem populus
copiosissimus statuarum, gregibus etiam equorum abundantissimus
tali sunt cautela servandi, quali et cura videntur affixi.
Ubi si esset humanis rebus ulla consideratio romana pulc-
tudine non vigilie, sed sola deberet reverentia custodire. Quid
dicamus marmora metallis et arte pretiosa, que si va-
let esse rara manus est que possit a talibus abstinere
ubi sunt exposite generales divitie et que mundi labores
facere potuerunt. Quis enim inter ista esse debeat negligentem
cum in causa tali patitur esse venalis quod gravissimum
dampnum potest fieri in pulcritudine singulari. Cura de re per
illam indictionem comitive romane cum privilegiis et inst-
commodis suis tibi concedimus dignitatem, ut fideli stu-
dio magno quoque instituto quas improbas manus. Et insi-
diantes aut privatorum fortunis aut membris ad tuum facias
nomine iudicium. Et veritate discussa congrua subeant
legibus ultionem, quia iuste tales persequitur publicus dolor
qui decore veterum fedant detruncatione membrorum. Ffaci-
unt quoque illa in monumentis publicis que deinde pati officium
tuum et milites consuetos noctibus potius vigilare compelle.
In die autem civitas se ipsa custodiat. Vigilans enim studio
non indiget alieno quoniam se custodit. Sed tunc presumptor fa-
cile capitur cum custos minime supervenire sentitur. Statue
namque in toto mute sunt qui a furibus percusse custodes videntur.

tinnitibus admonere. Proinde diligenciam tuam devotione
laudabili senciamus ut cui nunc laboriosas fasces iungimus
securos honores postea conservamus.

Formula comitive Ravennatis

Si festinanda est dignitas ex labore, si laudabilis sol-
licitudo actuum publicorum parit gratiam, liberaliter ser-
vienti summa gratificatione locus tuus reddendus est,
qui suis necessitatibus probatur adimere nostris ordinationibus
tarditatem. Quis enim nesciat quanta copiam navium levet
procures admonitus a dignitatibus palatii nostri vix in excur-
sionibus scribitur et iam a te summa celeritate completur
et iam inter dimissorum festinationes amplias vix sufficit
aliis cum tempore quod te vivacitate contingit implere. Negotia-
torum operas consuetas nec nimias exigis nec venaliter
derelinquas. Sit modus qui non possit gravare laborantes
ut cum res querelosas sine querimoniis exercis maiora
de nostro examine merearis. Proinde comitivam Ravennatem
per illam indictionem tibi serenitas nostra concedit, ut digni-
tatis tue privilegia subeas et labores. Officium tuum equita-
tis consideratione moderare semper sibi et ledendi et prestandi causam
invenit qui publicis actionibus adhibetur. Sed quantum
administratio tua inter mediocres agitur, tanta debet
equalitate utique trutinari, quia illum potius expedit
tenere mensuram qui defecta noscitur gubernare substantiam.
Idonei dampna vix senciunt, tenues autem levi dispen-
dio vulnerantur, quia nec mediocri iniuria totum videtur
amittere qui exiguum cognoscitur possidere.

Formula ad prefectum urbis de architecto faciendo in urbe et eius premio

Romane fabrice decus peritum convenit
habere custodem, ut illa mirabilis silva menium dili-
gencia subveniente servetur et moderna facies operis antiq
dispositionibus construatur. Hoc enim studio largitas nostra non cedit
ut et facta veterum exclusis defectibus innovemus et nova
vetustatis gloria vestiamus. Proinde illa illustris magnitudo
tua Romanis artibus ab illa indictione daturum te architectum

16

17

esse cognoscat. Et quia in istis comodis studia constat artium
intenda ad eum volumus pertinere quidquid decessores eius
constat venabiliter consecutos. videbit profecto meliora quam
legit pulchriora quam cogitare potuit statuas illas auctorum
suorum scilicet adhuc signa retinentes ut quam diu laudabilium
personarum oppinio superesset. tam diu et similitudine vive
substantie ymago corporis custodiret. Conspiciet expressas
in ere venas nisu quodam musculos tumentes nervos
quasi gradu tensos et hominem fusum in diversas similitudines
ut esse credas potius generatum. Has primum tusci invenisse
in ytalia referuntur quas amplexa posteritas pene pa-
rem populum urbi dedit qualem natura procreavit. Mirabantur
formis equinis signa etiam inesse fervoris. crispatis et
naribus et rotundis constrictis membris auribus remulsis
credet forsitan cursus appetere cum se metalla noverit
non movere. Quid dicamus calumpnarum iunctam proceritatem
moles illas sublimissimas fabricarum quasi quibusdam erectis
astilibus contineri. Et sub tanta equalitate concavis distinc-
tas canalibus ut magis ipsas estimes esse transfusas ceris
iudices factum quod e metallis durissimis videas expo-
litum. Marmorum iuncturas venas dicas esse genitales
ubi dum falluntur oculi laus probatur crevisse miraculis.
Ferunt prisci seculi narratores in fabricarum septem
tantum terris attributa miracula. Ephesi diane templum regis
Mausoli pulcherrimum monumentum a quo et mausoleta dicta
sunt. Rodi solis eneum signum quod collosus vocatur.
Jovis olimpici simulacrum quod fydias primus artificum
summa elegancia ebore auro que formavit. Cyri me-
dorum regis domus quam memnon arte prodiga illigatis
auro lapidibus fabricavit. Babilonie muri quos Se-
myramis regina latere cocto sulphure ferro que con-
struxit. piramides in egipto. quarum in suo statu se umbra
consumens ultra constructionis spacia nulla parte respicitur.
Sed quis illa ulterius precipua reputabit cum in una urbe
tot stupenda conspexerit. habuerunt honorem quia precesse-
runt tempore in rudi seculo quidquid emersisset novum per ora hominum

mine ferebatur eximium. Nunc autem potest esse invidiam si univer-
sa Roma dicatur esse miraculum. ex ca appellatione virum peritissimum
talia suscipere decet ne inter illa ingeniosa priscorum ipse vi-
deatur esse metallum et intelligere non possit que in illis ar-
tifex antiquitas ut sentiretur effecit. Et ideo det operam
libris antiquorum instructionibus vacet ne quid ab illis
sciat minus in quorum locum cognoscitur subrogatus.

Formula de comite insule Curitane Celsine

16

Constat plerumque bene posse agi ubi praesidium non desinit
monitoris. Omnia enim sine principio confusa sunt.
Et dum unusquisque in suo voluntate sua cogitat
vincere regulam cognoscitur omittere discipline. Itaque
antique consuetudinis morem secuti Curitane et Celsine
insulis iudicem per illam indictionem nostra te concedimus auctoritate.
Justum est enim ut quia a reliquorum hominum sunt conversatione
divisi ad habitatores eorum quis vadat qui eos probabili-
ratione componat. Ne quedam sit veritas iustitiae toces
actus longe positos ignorasse. Estote huic igitur
qui inter vos eligentes causas et audire debeat et finire.
Et si quid etiam a nostra fuit pietate decretum eodem co-
monente peragite quia erroribus locus tollitur quando
vobis cui debeatis observare declaratur. que credimus
ita bonis actibus studere ut augmenta nostre gratie pos-
sit accipere. Necesse est enim ut a nobis remunera-
tionem sumat si [illegible] vobis que sunt profutura disponat.

Non voluntate vivit sed regula disciplinae vivit

De conversatione hominum

Formula de praeposito Calcis

17

Gloriosum opus est servienti unde Romana civitas
probatur ornari. Dum tamen quis apud nos proficit
quantum prodesse urbi proprio labore contulit. Dubium non
est coctilem calcem que est niveis concolor spongiis
leviorem instrumentum esse maximum fabricarum. Hec quantum ignis
abustione dissolvitur, tantum exinde pretium firmitas ro-
boratur. petra solubilis et saxea mollities harmaticus
lapis qui tunc potius accenditur cum aquis copiosis-
simis irrigatur. Sine quo nec saxa fixa sunt nec arena
minuta solidatur. Et ideo maius studium nunc accipe

1

quod primum locum in romanis membris noscitur obtinere. Quocirca industria tua multorum sermone celebratam ad tocius distributionem calcis ab indictione illa nostra proponit auctoritas ut tam publicis quam privatis fabricis habunde parata sufficiant et ad edificandum auctorum animi excitentur. Dum invenerit pretio esse quod queritur. Privilegii vero loci tui nostris iussionibus venerabiliter vendicabis ut maiora mereri possis sibi tibi delegata co placueris.

Formula de armis fabricandis

18

Considera quid suscipis et intelliges locum te dare nobis debere pretiis. Arma enim bene construere, hoc est salutem omnium velle custodire quia prima facie ipsius terretur inimicus et incipit animo cedere si se cognoscit talia non habere. Atque ideo ab indictione illa militibus te et fabricis armorum invitati morum tuorum opinione preficimus ut tale opus ab artificibus exigas quale nobis placere posse cognoscis. Occultas te nec non inducat absencie quidquid feceris nos videmus. Age quia usu ipso subtilissime perquisitionibus errores artificum possumus prima fronte reprehendere et laudabiliter operata iudicare. Vide ergo qua diligencia quo studio faciendum est quod ad nostrum venturum constat examen. Age itaque ut nulla te venalitas nulla culpa deligat quia veniale esse non potest quod in tali causa delinquitur ne inde periclitaveris. De qua parte peraveris, opus quod mortem generat et salutem inimicus pertancium custodia bonorum contra improbos necarium semper auxilium hoc primum foronomis Iunoni dicitur obtulisse ut inventum suum numinis ut putabant auspicio consecraret. Haec in bello necessaria in pace decora sunt. Hec denique imbecilles fragiles quam mortales cunctis beluis efficiunt fortiores.

Formula ad prepositum de armis

19

Multorum insinuatione comperimus illum probis moribus institutum commissa bene posse fideliter expedire. Ideo illustris magnitudo vestra nos eum elegisse cognoscat ut et militibus secundum morem prepositum et artificibus iubere possit armorum quatenus consuetudines suas sic eleganter adimpleant ut nulla in eis inveniri possit offensio quia hic ubique culpa ledat hoc tamen quod continetur patitur.

libellorum instituta neglexit; praedicionis quippe instar est exercitum
subtrahere quod eum constat armare quem consuetudines suas
vestra providencia deputabit. Ut dum illis excusacio victua-
lium tollitur necessaria privatis exigantur.

Formula binorum et ternorum si per iudices agatur

20

Ad geminum dignitatis tue credimus pertinere si compete-
ncia tibi videamur iniungere quia tanto quis gratior red-
ditur quanto parendi causas amplius suscepisse mon-
stratur. Et ideo binorum et ternorum titulos quos a provinciali-
bus exigi prisca decrevit auctoritas per sacrarum largicionum
tuis municione maturabis. Ita ut omnis quantitas intra kalen-
darum marciarum diem sollempniter impleatur ne de proprio
reddere cogaris quod per curam neglexeris. Quam enim tetigis-
set iniuriam si alter eos titulos videtur exigere quos
a te percipiunt leges sanctissime pertinere.

Formula binorum et ternorum

21

Quamvis prisca consuetudo binorum et ternorum exac-
cionem ad te iussit pertinere tamen ne te multiplex occu-
pacio pregravaret et impedimenta tibi sollicitudo
faceret geminata illum et illum scriniarios officii nostri dux-
imus destinandos ut tibi officioque tuo debeant imminere
quibus cum corporis solacio intra kalendarum marciarum diem
ad illustrem virum comitem sacrarum largicionum sollempnibus
quantitas deferatur. Ne opinionis publice reus efficia-
ris si largiciones sacras per moram aliquam putaveris esse
tardandas. Ita ut te excipiendum esse non estimes quem
nos credimus adiuvandum. Nam si quid minus fuit quam
oportebat illatum de tuis hec noveris facultatibus exsolvenda.

Formula commonitorii scriniariis

22

Non dubitamus esse gratissimum quando quis commone-
tur officium implere susceptum. Quia illud est pocius
grave si miles vivat ociose cui questus est
accio sua, honor principalis iussio. Similis enim districtio
hetur qui ignobili corpori relinquitur. Quapropter indicioz
illam ad illam vos provinciam iubemus accedere ut cum
iudice vel eius officio intra diem kalendarum mar-
ciarum que de binis et ternis quantitas sollempniter
postulat.

Ad comitis sacrarum largicionum scrinia proposita dilatacione dirigatis sic tamen ut nec erarium nostrum aliquid minus a consuetudine percipiat nec possessor super modum professionis exspoliatur. Et non dubitetis commonitionis nostre periculum sustinere si quid actum contra presentem ordinem potuimus agnoscere.

Formula vicarij portus

Beneficia nostra que tue specialiter damus si te agere commissa venerabiliter approbemus. nec enim inveniuntur latus iaces si et populos peregrinos prudenter excipias et morum commercia moderata equalitate componas. Nam licet ubique sit necessaria prudencia in hac potius actione videtur accomoda quia inter duos populos nascuntur certamina nisi fuerit iusticia custodita. Quippe arte placandi sunt qui mores offerunt simillimos ventis quorum nisi probus animus temperentur in contemptum maiorum nativa facilitate prosiliunt. Quapropter modestie tue fama provocati curas te illius portus per illam indictionem habere censemus ut omnia ad tuum titulum pertinencia sic agas quemadmodum ad meliora pervenias, in probis enim discitur cui potiora prestentur.

Formula ad commendandos comiti principes

Magna inter collegas suos prerogativa decoratur qui (?) meruit miliciam nomine principatus. Cognoscitur enim agere locum primarium qui in rebus humanis maior pars nomen asserit excellenciam dignitatum. Hoc et tui loci probatur exemplo sine quo nec secretarij prestatur accessus nec postulacionis pompa patitur, totus quoque ille iudicis (?) ita et legibus probatur creditus ut sine te nequeat esse perfectus. Comiti quidem provinciarum potestas data est sed tu iudex ipse tibi commissus es. Tu vicem tenes imperialis minacem, tu disciplinam inter iura custodis, tibi insolenciam procurantis fas est distringere qua presuli non licet iudicare. Gesta quoque etiam totius actus te subscribente complentur et consensus tuus queritur postquam voluntas iudicis explicatur. Age ut qui talibus preponeris ea implesse merito senciaris. Itaque per indictionem illam ad illam te provinciam iubemus excurrere ut mixtus iudicis officio competencia tu locorum tuos pagas. Et qui princeps a nobis crederis, nullis

utilitatibus attuseris reverentissimum enim te omnibus facis si quod
de nomine tuo creditur et in moribus senciatur

Formula comitive

Invitat nos consuetudo sollempnis et vobis ornatum officii
dirigere et pessimos ordines exturbancium custodire. Vita enim
laus est si vos romana milicia comitetur. Quam talibus militiis
potestis agere quod videtur presentis sanctionibus convenire.
Sic enim gothos intra deo iuvante perduximus ut et armis
sint instructi et equitate compositi. Hoc est quod reliqui gen-
tes habere non possunt. Hoc est quod vos efficiat singulares si assueti
bellis videamini legibus vivere romanis. Quapropter ex officio
nostro illum atque illum ad vos credimus esse dirigendos ut secundum
priscam consuetudinem qui vestris iussionibus obsecundant
eos venerabili debeant antiquitate moderari quique gravam
veram conservandis ammonicis et consuetudinibus suis exornata
missione prestabitis. Debet enim a vobis diligi qui a no-
bis meruerint destinari

Formula comitive diversarum civitatum

Excelsi huius honor humane mentis est manifesta
probatio quia libertas animi voluntate propria se per-
ondit dum se contempnit occulere qui sibi alios
cognovit subiacere. Sed humane mentis felix illa condi-
cio est que arbitrium potestatis sic intra terminum moderatio-
nis includit et sic peragit dignitatis brevissimum spacium
ut universis temporibus reddatur acceptum. Quapropter intendunt
iudices ad blanda descendunt. Laboriosum quidem sed
non est impossibile iusticiam suadere mortalibus quam ita
timentorum propriis beneficium divinitatis attribuit ut et qui
nesciunt iura rationem tamen veritatis agnoscant. Necesse est enim
ut quod a natura conceditur submonente item eadem
suaviter audiatur. Et ideo non laborantis propriis imponere
quod eos constat et propria voluntate sentire. Facile enim
sequitur vestigia tibi alicuius qui se putat monitore compelli.
Propterea per indictionem illam in illa civitate comitive honorem
secundi ordinis tibi propicia divinitate largimur ut cives co-
missos equitate regas et publicanorum ordinatores iussi-
onum constanter adimpleas. Certus tibi meliora prestemus

15
25
26
Condicio pretoris

qui te probabiliter egisse prouincia senserimus &c.

Formula donacium certarum possessionum &c.

21

~~Utile est unum semper eligere cui reliqui debeat obedire quia si voluntas diuersorum pacta relinquitur confusio culparum amica generatur~~ Itaque ciuitatis vestre comitiuam per indictionem illam tali nos largitos fuisse noueritis cui saluberrimam paciam commodate ut causis vestris ferat remedium et iussionibus publicis pareret effectum. Scituri quia si quis se probabili deuocione tractauerit similia de nostris sensibus haut irrite postulabit &c.

Formula princip militum Comitiuus sius &c.

28

Gratum vobis esse confidimus quem milicie vestre iudicem destinamus quia tunc ordines vestros agitis quociens vobis non defuerit prouincia iudicatis Relatiua ista militum sunt nomina si presulem ademeris milites non relinquis. Apparitio enim tollitur quociens qui iubere poterat abrogatur. Vobis ergo actum credimus dum ad vos dirigimus dignitates et tam diu vos militare sentimus donec iudices destinamus ut et istud bene credatis bufiamus cum vos scitis obsequium vobis occurrat clarus cognitorum. Et ideo per indictionem illam illum comitem milicie vestre cognoscite destinatum quem ita acturum esse putamus tam in causis publicis quam priuatis ut eum laus comitetur optata. Cui deuocionem iustissimam commodantes in hiis que vobis precipit sollempniter obedite quia reuerenciam nostram honoratam esse credimus si bene habitos nostros iudices senciamus &c.

29

Formula de custodiendis portis ciuitatis

Nullatenus de eius fide dubium qui ad custodiam ciuitatis eligitur quia probate conscientie constat esse credendum quod fuerit pro securitate multorum. Atque ideo curam porte ciuitatis illius nostra tibi auctoritate concedimus ut et improborum non pateat aduenientibus et bonorum non retardet accessus &c. Nam si porta semper obseruata sit, ista est carceris. Si item iugiter pandatur munorum nil proderit hec munimina. Sit ergo utrumque moderatum ut et custodie nocturne satisfacias et incompetentes ea claudere non presumas. Est nimirum via ciuium et ingressus mercium

singularum

amicus sis copie quam optas intrare. Stude ergo cum alimoniis
intrare venientes. Non tibi quod despiciatur est creditum
quibusdam faucibus civitatis preponeris qui ingredientibus
victualibus preesse monstraris quod te oportet sine querela perficere
ut in premiis agnoscere possimus cui maiora credere debeamus

30

Formula tribunatus provinciarum

[E]quitati convenit ut unusquisque ad fructum milicie
emenso tempore debeat pervenire et laboris recipi-
at premium pro compensatione meritorum. Unde quia prisce
consuetudinis racio persuadet ut a nobis debeat designari
qui vobis tribunus esse mereatur. Ideo hac auctoritate censemus
ut ille qui locus videtur expositus vobis in supradicto honore
presideat. Quatenus cum ad tempus venerit constitutum optato honore
pociatur. Divina sunt ista iudicia non humana ut que
superna ad debitum tempus voluit producere merito videantur
excubiarum suarum igitur
et laboris sui premia suscepisse competentia privilegia consequatur. Quia nullum emolumenti
competentia privilegia consequatur quia nullum emolumenti
to consueto fraudari desideramus quem sine culpis ad
primatum venisse cognoscimus. Quapropter illi pro utilitate pu-
blica disponenti moribus omnibus obedite quoniam preteritum
iudicis sunt pares qui ab ipsis requiritur si quid a vobis
insolencius excedatur.

31

Formula principatus urbis Rome

[C]um in urbe romana plurima fieri censeamus et
utilita[tem] necesse sit preterea ibi esse comitiati officii ut utilita-
tem rei publice videatur impleri more nostro prospicien-
tes principem cardinalem obsequiis nostris de-
crevimus ut quia principem cardinalem nostris obsequiis in urbe ro-
ma esse non patimur tu eius locum vicarii nomine in urbe ro-
ma sollempniter debeas continere. Ex tuis et ille primatus
sui laboribus perfruatur et tu in altius honore possis discere
quod in tuo debeas feliciter exhibere. Si quos et comitiatorum
ad comitatum iudicamus esse dirigendos consulens obsequio
nostro tuo subiacebit arbitrio hii aut quos retinendos putaveris
in indulta securitate pocientur. Ita tamen ut vicissim omnia
moderetis quatenus nec excubantes continuus labor atterat
nec segnes iterum rubigo ocii fugienda consumat.

32

Formula qua moneta committitur

[O]mnis quidem utilitas publica fideli debet actione

compleri quia totum vitiosum geritur ubi conscientie puritas non
habetur. tamen omnino decet monete integritas quam ubi et vultus noster
imprimitur et generalis utilitas invenitur. Nam quid erit
tutum sit in nostra peccetur effigie et quam subiectus corde vene-
rari debet manus sacrilega violare festinet. Additur quod
venalitas cuncta dissolvitur si victualia metallis vici-
antur. quam necesse est vereri. quod et in mercimoniis corrup-
tum videtur offendi. Crimen igitur paciatur. cuius esse commoda
dispendia scelesta auctorum ut detestabile vitium venire
possit ad penam. sit mundum quod ad formam nostre serenitatis
adducitur. Claritas regia nil admittit infectum. Vera si
vultus eius magis sincero colore depingitur. multo magis me-
tallorum puritate principalis gratia custoditur. auri flamma
nulla tinctura permixtionis albescat. argenti color gratia
candoris arrideat. Eris rubor in nativa qualitate permaneat.
Nam si unum ledere legibus putatur esse dampnandum quid
mereri potest qui in tanta hominum universitate peccavit. pondus
quoque constitutum denariis periculo mortis debet servari. qui olim
tam penso quam numero vendebat. unde librorum vocabula
competenter ab origine trahens compendium et dispendium
pulcre vocitavit antiquitas. pecunia enim que pecudis
tergo nominata gallis auctoribus sine aliquo adhuc signo
ad metalla translata est. quam non sinimus feculenta per-
mixtione fieri contemptibilem ne etiam in antiqua cog-
noscatur vertigine vilitatem. Proinde te quoque nobis lau-
data est integritas actionis ab illa indictione per hoc
quinquennium monete curam hoc periculo qua Servius
Rex in ere primum impressisse perhibetur ita ut tuo pe-
riculo non dubites quam si quid ulla fraudis potuerit
inveniri. Nam sicut casus asperos subiis si qui fortasse
deliquis ita incriminatum non derelinquimus si te egisse
inculpabiliter senciamus.

Compendium et dispendium unde venerunt et pecunia

Formula legatorum gencium

33

Quis dubitet utilitatis publice interesse racione
ut quibus nos constat dona conferre nulla vi-
deatur iniuriam itineris sustinere quam vobis
morarum detrimenta fuerint et illi se bene habitos fuisse
cognoscant. Atque ideo humanitatem subter annexa videlicet

equos celeres hesitatis vectionis illius sine aliqua tarditate prestabitis quatinus ad sedes suas invenimati non debeant pervenire quia festinantibus gravior est celeritas in redeundo quam quelibet munerum magnitudo etc.

Formula quam princeps dirigit etc.

34

Non dubitamus ultronea gratie suscipi que in locum muneris solent postulata conferri quia domine cordacio concedit semper augmentum. Potest esse gratificatione varia indicia participantis erumpit ad eo munitatum nostrum iussis te principibus evocatus ut non mediocri gaudiis perfruaris. Et ideo dilatatione ocii postposita ad illum diem ad urbem illam venire depropera ut et tibi asspicitur nostrum gratum fuisse indicatur cum te festinasse cognostimus desiderat enim aula nostra presentia bonorum dum nescio quo pacto quidquid regali sapit gratum esse cognoscat. Et divinis indicio comprobatur. Quia ille qui corda nostra regit ipse et quod debeamus sentire concedit etc.

Formula evocatoria etc.

35

Manifestatio est conscientie bone presentiam iusti principis expetisse quam solus ille desiderare potest qui de magna mentis puritate confidit. Aspectum solis clarum volunt requirunt lumina quia illi tum possunt vitilates pati radios quos constat oculos habere purissimos. Sic presentia principis ambiunt qui de cordis puritate presumunt. Hinc est quod veniendi tibi ad comitatum fiducia grata nostre largimur. Ne honor evocationis qui per nostra gratia constat inductus ad iniuriam convertatur dum aliqua fuit dilatione tardatus. Invitamus quominus desidia venientium quia inde magis crescimus si nos nobiles nostris obsequiis astitas.

Formula conventualis de mutacione loci etc.

36

Nemo dubitat varietate suavi homini recreari quia in continuacione verum magnum mentibus constat esse fastidium. Dulcedo mellis si assidue sumatur horresat. Severa ipsa quoniam magnopere desiderentur inquisita adepta sordescunt non in nimio. Quia cum sit homo commutabilis nature suae habere desiderat qualitates. Et ideo festinanti tibi

provinciali oblectatione resoveri copiam decem mensium in supradicta provincia concedimus immorandi. Cum iam pene reclusus advertitur: cui mutare solum liberum non videtur. Ita tamen ut promissas inducias deo iuvante transegeris ad urbanas sedes redire festines. Quia nimis tedium est continuanti in urbe celebritate privere quanto magis in agris diutina tempora pertulisse. Libenter igitur damus inducias discedendi non ut urbs ita debeat deseri sed ut amplius concedetur absenti.

37

Formula spectabilitatis

Optamus nobis deo auxiliante subitos [?] variarum dignitatum prerogativa conferri. desideramus probabiles generibus honorum imposita gratia dignitatis ornare ut laudabilius unusquisque possit vivere cum se honores reverendos cognoverit percepisse. Hoc enim et adiutricis studia decent. ascenditur et a bonis civibus res publica plus amatur. Atque ideo te spectabilitatis nitore decoramus ut famam tuam in conventibus publicis spectandam esse cognoscas. Cumque inter nobiles decorus assedis ut si haec prudentibus [?] conuisacione tractamus in futurum premiis melioribus augearis etc.

38

Formula clarissimatus de laude et premio honoris

Constat iocundum esse verum bonarum saporem et utilem ambitum laudis qui appetitur per augmenta virtutis. Hinc nos studium providere libertatis infundimus ut maior sit cultus morum dum crescunt desideria premiorum. Clarissimatus igitur honorem ornamenta indicii nostri regia tibi largitur auctoritas ut et preberat exacte vite testimonium et future prosperitatis pollicetur augmentum. Cum appetit nichil iam obscurum agere patiaris qui clarissimatus perfulgida dignitate resplendes. Grande siquidem vite testimonium est non tam clarum quam clarissimum dici, quum pene totum de illo optimum creditur qui tanti fulgoris superlativo nomine vocitatur etc.

39

Formula tuicionis de defensione etc.

Superfluum quidem videtur tuicionem specialem a principe petere cum generaliter positi universos conetur vindicare

Sed quia serenitatem tuam quorundam violentorum execranda
temeritas inquietat non piget dolencium querelis ad hanc partem
pietatis adduci ut quod omnibus prestare cupimus supplicanti
potissimum conferamus. Atque ideo diversorum te quemadmodum
conquereris dispendiis sauciatum in claustra defensionis
nostre clementer excipimus ut cum adversariis tuis non amplius
campestri certamine sed inexpugnabili videaris protectione contendere
ita fit ut truculentis viribus pressus reddaris amplius
vegfalibus exequatus. Quippe tuicionem tibi nostri nominis quasi
validissima turre contra inciviles impetus et contra irraciona-
lia detrimenta nostra concedit auctoritas. Ita tamen ne hiis pre-
sumpcionibus sublevatus civile respuas prebere responsum.
Et tu videaris insolens calcare iura publica que fovemus
detestanda premebat audacia. Et quia in nostros effica-
ces nostra debet habere precepta nec decet principem loqui quod non
videatur posse complere, pretextis beneficii iussione adversus
gothos illa, adversus romanos ista facile te fides et dili-
gencia custodiunt quia nemo laborat defendere nisi quod
timetur offendi. Dum prestans dominus sicut formidatur iniustis
gaudere igitur nostra clemencia beneficio, letare suscepto
et. Nam si ulterius a quoquam sub incivilitate temptaberis tua
de inimicis potius vota complebis etc.

Formula de matrimonio et liberis legitimis facien-dis et de dispensacione seu legitimacione etc.

80

Cterum est beneficium quod posteritatis fuit favore col-
latum nec plus est conveniens regi quam si humane
prestet originem. In lucem quippe venturus casus sus-
cipere non mereatur adversos nec ante gravamen destitucionis
incurrat quam gaudia superne lucis inveniat. Oblata
itaque supplicacione deprimis mulierem quam tibi placitus
illigavit amplexus beneficio nostro iugali honestate de-
bere sociari ut ex ea liberi nati nascatur heredum. Nam
cum spontanea copula animalia cuncta consociet.
dignumque unicuique videatur. Et quod placuit, durum est
utique eam libertatem libitam non habere unde liberi procreantur.
Et ideo illam que sicut iure perhibetur honestate non probatur
fuisse equalis, legitimam tibi fieri censemus uxorem et fi-
lios ex eadem coniuge sive qui suscepti sunt sive qui

suscipiendi. Hec dum volumus iura sortiri, ut sub nulla dubietate diligas quos tibi absolute successores futuros esse cognoscas etc. Natura enim tibi prestitit filios, sed nos tali securitate facimus esse carissimos etc.

41

Formula iustitie scripta de venia etatis etc.

Gloriosa est supplicacio que veniam querit etatis quando continentiam de moribus profitetur accipere cui maturitatem mentem adhuc non contigit intulisse: minor nascendo, grandevus cupis esse consilio. Ita quod in humanis rebus audacissimum est ad errores amplum beneficium contempsisti amovendum. Quapropter oblata supplicatione deprehendimus ut tua tibi sit voluntas firma et actionis tue providencia non relinquatur ambigua, ne infirmetur iure, non possit utilitate titubare. Hoc nobis quoque cordi est bona desideria proficere: libenter accipimus, quia nullas se captare velle profitetur insidias quisquis hoc liberos contractus constanter affectat. Atque ideo si id tempus constat elapsum quo ad hanc veniam accedi iura voluerunt, nos quoque probabilibus desideriis licenciam non negamus ut in competenti foro ea que in his causis veneranda legum dictat antiquitas sollempniter attententur. Ita ut in alienandis rusticis vel urbanis prediis constitucionum servetur auctoritas, ne cum opinioni bone prestare volumus utilitatem publicam ledere videamur. Cape igitur nostro beneficio potiorem annis etatem et quod petis ab oraculo moribus exhibeto. Nam professio maturitatis acerbe locum denegat actionis, quando multo gravior est culpa quam sue promissionis impugnat auctoritas etc.

42

Formula edicti ad questorem ut ipse respondere debeat quis Saionem meretur etc.

Frequenter Saiones quos a nobis credidimus pia voluntate concedi, quosdam maiori cognovimus iniquitate magistratos. Corruptum est proh dolor beneficium nostrum credendum quam potius de medicina calamitas, dum ad alios usus petencium maligni[te] translati sunt. Qui eos iura remedia sustulerunt. Unde nobis necesse fuit remedio salubri votis pestiferis obviare ne dum pie[ta]tis studio

ad equalia b[e]n[e]ficia trahim[ur] subrepcionu[m] iniquissima pacia-
mur. Atq[ue] i[de]o edictali p[ro]gramate definimus ut quicu[m]q[ue] [con]-
uiolentas insidias p[ro]pt[er] ineuitabiles n[ecess]itates suas me-
ueri desid[er]at forte sagionem officio n[ost]ro penali se vinculo
caucionis astringat. ut si p[re]cepta n[ost]re iussionis iniussione
plectibili Sayo que meretur excesserit. ip[s]e pene no[m]i[n]e
det auri libras tot. [et] satisfacc[ion]e[m] p[ro]mittat. quecu[m]q[ue] eius
aduersarius sustine[re] potuit tam comodi q[uam] itineris de-
trimenta. Nos eni[m] cu[m] rep[ri]me[re] inciuiles animos volu[m]us
p[re]grauar[e] innocencia[m] no[n] debemus. Sayo aut[em] qui sua
uoluntate modu[m] p[re]cepcionis excesserit donatiuo se
nouit[er] exuendum. Et g[ra]ue n[ost]re q[uod] e[st] dapnis omnib[us]
[con]uinc[itur] incurr[er]e posse p[er]iculum n[ost]re b[ene]uolum[us] esse credend[um]
si iussionis n[ost]re cui[us] executor esse debuit temerator
extiterit

83

Formula probatorie calcariorum

C onstat miliciam bene geri que p[ro]batis morib[us]
uidetur imponi. qu[am] ip[s]e secu[m] p[otes]t reuolu[er]e q[ui] uidet[ur]
eminus potuit admonere. Maxime cu[m] ad p[ri]mo-
nia diuine domus talis mereatur accede[re] qui cupidi-te
detestabili no[n] possit attendi. Dem[um] cu[m] splendidissimu[m]
officiu[m] censoria quada[m] [con]uitate reluceat/ [et] turpe sit
illic misc[er]i qui no[n] possint dignis morib[us] app[ro]bari. Con-
gruu[m] uidetur tales querere qui i[n] nullo debeat displice[re]
Atq[ue] i[de]o tribuni cartariorum suggestione compto penes
quem officii est digna reuerencia ab illo die cartariis te
volum[us] nomen adipisci ut qui nobis b[e]n[e] actum p[ro]-
mitteris documentis laudabilib[us] app[ro]beris. Avariciam
declina/ longius fuge/ iniqua co[m]pendia/ multo melius
p[ro]ficitur si bonis moribus seruiatur

84

Formula de competicionibus

N escio quid grande de se uidetur p[ro]mitte[re] q[ui] loca
desid[er]at publica possidere/ hoc eni[m] ita si decet
si res squalida i[n] meliore[m] loci faciem t[ra]nsferat[ur]
et renouetur adornatu[m] quod pridem iacere uidebatur
incultu[m]. Atq[ue] i[de]o desid[er]anti tibi illu[m] locu[m] p[ro]prietario iure
co[n]cedim[us] perc[ep]t[ur]us aut plumbu[m] u[e]l marmora/ si t[ame]n ibi fu-
erint latere compta. Age itaq[ue] ut p[ro] decore sumat
q[uod] neglectu[m] iniuriosa uetustate iacuerat. Certus boni

cuius laudem invenire merearis si faciem tue civitatis ornatus
decorus etiam ad quosque tuos posteros transmissurus quod proprio
fuit labore compositum quia tanto firmius unusquisque ta-
lia possidebit quanto se auctores eius suos amplius expendisse

Formula qua census relevetur ei qui [praegravaverit] unam casulam possidet pregravatam

47

Cum de agri utilitate vivatur et omnibus inde commodum sit
iniustum venire compendium tributum illud possessionis
tue provincia constitute ita querens obnoxium ut
universas tibi voravit facultates latus ille vastissimus
functionibus et quod aliunde magno labore potest colligi per illa
videatur absumi tuque utilitate nimia transcendit illatio
dum plus compulsoribus redditur quam a seculo prestetur
quapropter credimus te evadere posse inditate si dominum hic
urbis annisus cui ingens sterilitas de compulsoribus venit
ne condicione inhabili sinas necessitati cuius duos esse meru-
isti. Sed quia hoc genus beneficii prestari mediocribus leges
sanctissime consueverunt ut qui per unius aspectus enor-
mitate deprimitur nec alterius commoditate sublevatur mo-
deratione habita ei debeat subveniri. Magnitudini vestre cu-
rdi est cogitare iustitia pariter auctore decrevimus ut si
ita est tot solidos tributario nomine huius quorum inter-
est faciatis inferri. Et residuum de registris regalibus ita
mandamus deleri utrumque rei pamphli etiam vestigium
non debeat inveniri. Sed per secula sine errore servetur
quod una tantum summa concluditur.

Formula qua consobrine legitime fiant

46

Constitutio divinarum legum humano iuri ministrat exordium
quia ibi velut capite precepta leguntur que duabus tabulis
probantur ascripta. Sacer enim Moyses divina institu-
tione formatus israhelitico populo inter alia diffinivit ut con-
cubitus suos a vicinitate proprii sanguinis abstinerent ne
esse in proximitate verecundie polluerent et dilatatione
impudicam in genus coniunctio non haberent. Hoc prudentes
viri sequentes ex [illegible] pudica observantia longius in poste-
ros transmiserunt. Reservantes principi tantum beneficium in conso-
brinis nuptiali copulatione iungendis intelligentes

carius posse permitti quod a principe impetrarat postulatio. Admira-
mur inventum et temperiem rerum stupenda consideratione lau-
damus. Hoc ad principis fuisse remissum iudicium ut qui po-
pulorum mores regebat ipse et moderata concupiscentiae
frena laxaret. Et ideo supplicationum tuarum tenore permoti
si tua illa tibi consobrini sanguinis vicinitate coniungitur
nec alio gradu proximior approbaris tuo eam esse decerni-
mus matrimonio sociandam. Nullam quoque vobis exinde
iubemus fieri questionem quando haec et leges iterum permitti nolentes
consentiunt. Et vota vestra presentis auctoritatis beneficia firmaverunt.
Erunt vobis itaque deo favente posteri sollempniter heredes.
Castum matrimonium gloriosa permissio quicquid
a nobis fieri precipitur necesse est ut non culpis sed laudibus
applicetur.

Formula ad PPO ut subito curialis predia vendant

Patitur hoc improvida
mortalium plerumque con-
dicio ut cum ledere putatur consulat et cum consule-
re dicitur affligat. Sed illud magis est eligendum quod
prodesse cognoscitur. Nam venena ipsa si medicinae probantur
accepta sunt. Et non refugienda est suavitas mellis
que inferre demonstratur lesiones. Summus ergo sapientis est
amare quod expedit. Dum non votum respiciat quam prodesse
contendit. Predia quidem curialium non facile distrahi pos-
se decrevit antiquitas ut ad necessitates publicas
melius proficerent si sub eis unanimia plus haberent. Et item
tamen vite prospexit ut si vos inevitabilis urgeret necessitas
ipsi vobis suarum rerum compendio subveniret. Nam quid
prodest si quispiam videtur ydoneus et fieri non possit a con-
tractis nexibus absolutus. Egenti similis est qui re-
rum dominus nequid alienum non dici potest proprium quod librare dominus
non videtur addictum. Sed quamvis hoc vestre potestati fuerit legum
auctoritate concessimus tamen vos rarissimi facti nomine alioquin
sustinetis invidiam. Nos municipalis iuris allegatione
permoti eminentie vestre presenti iussione permittimus ut ad
liquidum veritate discussa si aliter pelli nequeunt dis-
tracta ligamina licentiam habeat predium suum quod propria vo-
luntate delegerit distrahendi. Ita ut reddat debitum quod

pbatur ee contractu ne uicio uoracitatis imbutus facultates suas absorbere uideatur ee pmissus. Constet aput uos pbabilis causa dampnorum qui illis volumus subueniri qui duris necessitatibus pbantur astricti. Utrumque enim pt esse culpabile: aut malis moribus frena laxare aut iustas ciuium querelas excludere. Quapropter puide nobis pmisit antiquitas de illius cautione disponere quorum consueuit utilitas curiam custodire. Et quis enim nimia potuit substinere si ciuitatum nerui passim uideantur abscidi.

Tituli libri octaui

Iustiano impatori Justiniano impatori athalaricus rex
Senatui urbis rome athalaricus rex
pplo romano ath.
Uniuersis romanis p italiam et dalmaciam constitutis ath.
Uniuersis gothis atha.
Liberio ppto gallarum ath.
Uniuersis prouincialibus p gallias constitutis ath.
Uictorino uiro uenerabili epo ath.
Tulio uiro patricio ath.
Senatui urbis rome ath.
Opilioni comiti ath.
Senatui urbis rome ath.
Senatui urbis rome ath.
Senatui urbis rome ath.
Fideli uiro questori ath.
Senatui urbis rome atha.
Abieno uiro ppo ath.
Cipriano uiro patricio ath.
Senatui urbis rome ath.
Bergantino uiro comiti primo ath.
Clero ecclie romane ath.
Johanni uiro reuerendo ath.
Uniuersis uenatinis et uiciis ath.
Saioni et florentiniano ath.
uiro deuoto comiciano Ath.
Consigasto uiro

Honoratis possessoribus et curialibus parmensis civitatis ath.
Cuidam florentinano ath.
Genesio viro ath.
Severo viro ath.
Severo viro ath.

Recommendat se imperatori optans eius amicitiam et pacem

Vere possem reprehendi clementissime principum si pacem vestram que-
rerem tepide quam parentes meos constat ardentius expe-
tisse. Aut in qua parte dignus heres existerem si auctoribus meis
impar in tanta gratia reperirer. Non nos maiorum purpuratorum
tantum ordo clarificat non sic regia sella sublimat quantum longe
lateque potens gratia vestra nobilitat. Omnia enim regno nostro
prestitere constare credimus si hanc nobis minime deesse senti-
mus. Quod et pietati vestre promiale est eos diligere quos
parentes contigit vos amasse. Nemo enim credatur impendis-
se uctibus puritatem innocuam nisi qui eorum stirpem hic
se ... Claudantur odia cum sepultis. Ira perire
probatur accepta. Gratia non debet occumbere cum dilectis.
Novit cum parentibus gratia non debet occumbere cum dilectis
sed magis affectiosius tractandus est qui apud regnum
laus innocens invenitur. Perpende quid a vobis honor-
is meatur successor. Vos avum nostrum in vestra civitate celsis
curulibus extulistis. Vos genitorem meum in italia pal-
mata claritate decorastis. Desiderio quoque concordie factus
est per arma filius qui annis vobis pene videbatur
equevus. Hoc nomen adolescenti congruentius dabitis
quia in vestris sermonibus prestitistis in parentele locum.
Qualia nostris debet affectus. Nam ex filio vestro genitus
vester iam tunc esse debet affectus. Nam ex filio vestro genitus
vester iam ... non lon-
ge legibus vobis non habeo exponens. Atque ideo pacem non lon-
ge quiesco sed proximius peto quia tunc michi dedistis gra-
tiam cum quibus sum ... adoptionis gaudia presti-
tia nepotis qui meo parenti adoptionis gaudia presti-
tistis introducamur et in vestram mentem qui adepti sumus
regiam dignitatem. Illud michi est super dominatum tantum ac
talem rectorem habere propitium. Primordia itaque nostra sola-
cia mereantur. Principis habere longevi pueritia tuitionem
gratie consequatur. Nam non in totum a parentibus desti-
tuimur qui tali protectore fulcimur. Erit vobis regnum
nostrum gratie vinculis obligatum. Plus enim in illa parte regnabitis
nabitis ubi omnia caritate iubetis. Quapropter ad se-
renitatem vestram illum et illum legatos nostros estimavimus

esse dignemini ut amicitiam nobis illis pactis illis condicionibus concedatis quas cum dive memorie domno avo nostro inclitos decessores vestros constat habuisse aliquid forsitan et amplius meretur sinceritatis. Cuius nunc etas minor est suscepta nunc generatio amplificatur. Cetera vero que per suprascriptos legatos serenissimis auribus vestris verbo intimanda commisimus que clemencie vestre more ad effectum facite pervenire.

Senatui urbis Rome

De electione et successione sua ad regnum honoris

2

Plenissimum gaudium constat esse patres conscripti nostre dominationis exortum ut qui creditur universos posse protegere audiatur ad regni culmina pervenisse. mensura leticie de magnitudine nuncij venit ut tanta sit alacritas animi quanta fuit et consideracio rei. Nam si pendentes animos erigunt comoda privata sodalium si amicorum corda relevat sospitas nunciata quanta exultacione suscipi debet omnium rectorem feliciter pervenisse terrarum. quem non pertulit turbarum comota sedicio. Non belle ferventia pepererunt. non rei publice dampna lucrata sunt. sed sic fruitus est per quietem quemadmodum verbo decuit civilitatis auctorem. Magnum profecto felicitatis genus est obtinere sine contentionibus principatum et in illa re publica adolescentem dominum fieri ubi multos constat maturis moribus inveniri. Non enim potest cuilibet etati deesse consilium ubi tot proceres publicos constat inventos. probata est ergo species nostra cunctorum civitatis et racio fuit de nobis credere quem quod de alijs potuit approbari. non iniuria quando quevis claritas generis Amalis cedit. Et sicut ex vobis qui nascitur origo senatoria nuncupatur. ita qui ex hac familia progreditur regno dignissimus approbatur. probata sunt principis facta que loquimur. Nam cum duobus annis in urbe resideret omnibus animi sui claritate conspicua magnitudine dominacionis sue tantam in nos celsitatem transfudit. ut non tam regnum quam nostre crederes esse mutatam. Tot proceres manu consilio que gloriosi nullum invenimus. ut assolet resistentes. Et ita cum magno gaudio secuti sunt principis sui iudicia ut voluntatem ibi potius

agnoscitis confluxisse diuinam. Quapropter nec vos diutius suspen-
do de ortu regni nostri vos facio certiores quia potius dila-
tatum quam mutatum videtur imperium. cum transit ad posteros
tamen quodammodo ipse putatur viuere cuius vobis proge-
nies cognoscitur imperare. hoc habuit votum, hoc illius
fuit indubitata sententia ut heredem bonorum suorum relinqueret
qui beneficia eius in vobis posset augere. Amor ergo principum
constat inuentum ut simulacris eius fides exhibeatur perma-
nentis quatinus ventura progenies videat auctorem quis
rem publicam multis beneficiis obligasset. Sed quanto
uerior est qui viuit in posteris per quos plerumque et for-
corporis redditur et uigor animi protelatur. Et ideo nobilitatis
uestre fidem maiore nunc studio debetis ostendere quatinus
pectora munera nuntiis uideatur esse collata et futura in
dubitanter eis prestemus quos proditorum pie memorie
fuisse senseritis. Romanis etiam diuina prouidentia fuisse
dispositum ut gothorum romanorum que nobis generalis con-
sensus accederet ut et uoluntatem suam quam prioris pro-
bus offerebat et iuris iurandi religione firmarent.
quod et uos acceptare confidimus qui uota precedentium
sequimini tempore non amore uestro a vobis potuit inchoari
quod parenti longinquitate sequimini. Constat enim excel-
lentissimos patres tanto amplius posse diligere quanto ma-
iores honores preteritis ordinibus visi sunt accepisse. Sed ut
primordia nostra et etiam vos benignitate possitis agnoscere
gratia decet curiam vestram beneficiis introire illustre
suscipimus comitem nostrum vobis cubiculi qui directi sunt
ferimus sacramenta prebere gratia inuiolabiliter seruare cu-
pimus que nunc publica auctoritate permittimus. Si qua autem
a nobis postulanda creditis que vere securitatis in-
menta multiplicet indubitanter commoniti petite
quos ad fundendas preces nos et uidemur hortari, pro-
missio enim est ista potius quam commonitio. Tamen qui
uerendum senatum supplicare precipit quod impetrare
possit nichilominus compromisit. Nunc vestrum est tale
aliquid impetrare quod totam rem publicam possit
augere

Populo Romano

Etiam de clade sua
ad regum honorem

Si vos externus heres ytalici imperii suscepisset du-
bitare forsitan poteratis ne quos prior dilexerat
inuidendo subsequens non amaret. quia nescio
quo pacto cum successor amplius laudari nititur. pre-
cedentis fama lentatur. nunc vna persona tantummodo non autem
uobis gratia est mutata. quem vere uobiscum agi credimus si an-
uenanda iudicia subsequamur. Hoc siquidem opinionis
nostre est. ut quos ille nutriuit benignissime etiam nos
stabili constantia copia et beneficiorum vbertate pascamus.
Minus cogitant qui obscuris principibus et inmediocri-
ter successerunt. Nos talis precessit ut exquisitis uir-
tutibus eius sequi uestigia debeamus. Quapropter quod
auspice deo datum sit. gloriosi domini aui nostri ita vobis
initiamque ordinatione dispositum. ut gothorum roma-
norumque in regnum nostrum suauissimus consensus accedat.
et ne rebus talibus aliqua possit remanere suspicio
vota sua sacramentorum interpositione firmauit se dominatu
nostrum tanto gaudio subire tamquam si illius dominus aui-
us nostri fatali sorte non uidetur esse subtractus. nec solis
linguis sed etiam ymis pectoribus probauerunt esse deuoti.
Quod si ut opinamur libenti animo filia feritis
harum portitores sub obtestatione diuina vos fecimusque
polliceri. Iusticiam nos et equabilem clementiam que
populos nutrit iuuante domino custodire. Et gothis
romanisque apud nos ius esse commune. nec aliud inter
vos esse diuisum nisi quod illi labores bellicos pro communi utilitate
subeant. Vos autem ciuitatis romane habitatio quieta mul-
tiplicet. Ecce ad condiciones clementissima sacramenti
inclinando nostrum euexinus principatum vt nichil dubium
nichil formidolosum populi habere possint. quos autor noster
beatius enutriuit. Ecce traianum nostri clarum seculis
reparamus exemplum. Iurat vobis per quem iuratis. nec potest
ab illo quisquam falli. quo inuocato non licet impune
mentiri. Erigite nunc animos et deo propicio meliora
semper optare. vt sicut a caritate potestate regia incho-
auimus. ita tranquillitate deo placitam sequentibus
temporibus exequamur. &c.

Uniuersis comitis per ytaliam et dalmatiam constitutis

De electione sua ad regem romanorum hortando
eos ad fidelitatem prestanda

X

[H]onorabile credimus indicare quod fama potius sibi teste
cognoscere. Iure siquidem de se bene arbitrabitur estimatum
qui regium meretur alloquium. quia dignitas est sibi
meruisse dominantis affatus. in ea presertim causa in qua dum cor-
da sit videntur esse sollicita ut si non cognoscant prosperum credat
semper adversum. Nam qui audit mutatum novum nichilominus
formidat imperium. Et vera nescio quid triste credit cogitare
qui tardat vel initia benigna permittere. Cui nequaquam locum sinis-
tris cogitationibus amputantes aliter de nobis non patimur credi
quam quod de nostris potuit parentibus estimari. Et ideo quod divi-
nitate propicia dictum sit glorioso domino avo nostro feliciter ordi-
nante tam gothorum quam romanorum presencium accedente con-
sensu incepti regni sacra suscepimus. Quod vos quoque
futuros esse libentissime iudicamus ut qui fideles parentibus
nostris extitistis nobis quoque devocione simili pacatis. Una-
nimis enim diligit heredem qui beneficiorum recordatur auctoris.
Sed ut vobis benivolencie nostre iam nunc integritas ino-
tescat. iuris iurandi vobis fecimus religione permitti quod et
nostrum possit declarare propositum et ipse dicat numine cunctorum

Universis gothis per ytaliam constitutis

de electione sua

7

[V]oluissemus quidem vobis domini avi nostri longeue
vite gaudia nunciare. Sed quando diligentibus diva
conditione subtractus est. nos heredes regni nostri
deo sibi cooperante substituit, ut successione sanguinis sui
beneficia vobis a se collata faceret esse perpetua. Dum nobis a-
et augere et tueri cupimus que ab illo facta esse cognoscimus
Cuius ordinacioni adhuc eo superstite in regia civitate ita
sacramenti interposicione sociata sunt vota cunctorum ut unum
crederes permittere quod generalitas videbatur optare, hoc
vos sequentes exemplum pari devocione pacisci(te) ne quid a pa-
rentibus minus fecisse videamini. A quibus credimus totum
similiter posse compleri. Illum nos comitem vobis fecimus
iurata voce permittere ut sicut nobis verum animum devotissime
perdidis sit optata de nostris sensibus audiatis. Recipite itaque
prosperum vobis semper nomen armorum regalem prosapiam
lacteum germen infanciam purpuratam per quos decus ama-
te parentes vestri decem evecti sunt et inter tam prolixe
ordinem regum susceperunt semper augmentum. Credimus enim

dum divinitatem propitiam que maiores nostros dignanter adiuvit nunc etiam nobis gratiam sue dignationis impendere ut et nobis regnantibus bonarum rerum fructus dulcissimos afferatis, cuncti sub nostris parentibus copiosa virtutum laude flo[ruistis].

Liberio preposito galliarum

[S]cimus autem virum de obitu gloriose memorie domini avi nostri acerbo dolore fatigari, dum omnia bona graviter defleant amissa, plus tamen quisque cogitur dum domini desiderabilis abrogatur. Expedit autem studio pietatis afflictam mentem compensationis remedio consolari, quia minus sentitur amissus cui talem nos succedit constituit. Hic enim deo sibi imperante prospexit dum erat et post fata providus ut regionibus suis pacem relinqueret, ne aliqua novitas tempora quieta turbaret. In solium regni sui nos dominus collocavit, quatenus decus generis quod in illo floruit in successores equabili luce pertinus radiaret. Cui ordinationi gothorum romanorumque desideria convenerunt, ita ut sub iusiurandi religione promitterent fidem se regno nostro devoto animo servaturos. Quod ad illustris magnitudinis vestre notitiam credimus proferendum, ut ab his qui in gallis regno parentibus nostris devoti sunt simile perseveratur exemplum, ut sicut animos meliores ita se minores non desiderant effici, ita pari condicione teneantur astricti.

Universis provincialibus per gallias constitutis

[L]icet gloriose memorie domini avi nostri pro excellentibus meritis tristis vobis videatur occasus, tamen quia ille humana condicione decubuit ad continuandam gubernationem quam singulariter gesserat nos reliquit, ne damnum boni principis sentiretis, cuius vobis noscitur regnare presentes reliquias. Cum apud nos perdit quod ille paravit sed duplici largitate munifica. Et illius debita reddimus et futuris obsequiis beneficia pietate ingenita mutuamus, atque ideo fidem pristinam maiorum nostrorum vos convenit devotione monstrare, quia bene prospicit rebus humanis futuras qui regnantium fuit initiis. Dum ipse et in reliquum prestare creditur, qui primordia fortiter sentitur. Iudicamus autem favore divino cum ad

Consolatur lugentes super morte avi sui.

Per abrogatum dolere desinunt

Idem super eodem

regni culmina provexerimque omnia nobis sit felicia sit tranquilla cessisse ut vix nimiloqui credebas quod genialitas insonabat nec putaretur humanum quod tot vota populorum ingenerium comprobata sunt hic convivium vos quoque predicta convenit invitavi ut gothi romanis predicant insinuandum. Et romani gothis sacramento confirment se unanimiter regno nostro esse devotos quatinus et nobis vestra sinceritas laudabilis innotescat et ad quietem vestram proficiat initium promissa concordia. Erat inter vos legalis missa tranquillitas potior minor non sit infestus hostis aliquem pacatum qui bellum non habetis externum. Omnia proinde nobis placeant potius si vobis hac racione prospicitis. v

Victorino viro venerabili episcopo v

Ex fide atque constancia tales sunt commonende persone que diversa sorte desideriis quaciuntur humanis. Vos autem quos sapientia firmos efficit et mentis religiosa consolidat ad provincialium admonicionem potius convenit animari. Omnia iuste debitor sit alieni arbitrii qui a pluribus nectitur audiri quapropter salutacione veneratur quadignum est quod vos quidem merore possit indicere transitum gloriose memorie domini avi nostri cum dolore maximo nunciamus. Sed inde post vestra tristicia temperari quia nos in sede regni sui divinitate propicia collocavit ut in toto desiderio vestro non videatur ereptus qui vobis consurgit in successore reparatus. Francte inter ordinibus sacris meis libenter auspiciis ut rex celestis humana nobis regna absolvat confirmet. Gentes externas atterat peccata absolvat consolidet et conservet spiritus quod nobis dignatus est prestare parentibus gloriosis. Quapropter sinceritas vestra provinciales cunctos amoneat ut inter se concordia gentes regno nostro per omnia debeant esse purissimi. Cupimus enim in subiectis fidem reperiri qua largita possimus pietate remunerari

Tuliso viro patricio v

Licet ad regendos populos idoneos efficiant quos ad augustissimum culmen divina provexerint quia non impedit etas ubi sese potencia celestis infudit tamen ad relevanda florentissime nostre etatis pericula consultorum

Gilw super eodem
8

Eligens ipsum in consiliarium laudat suum consilium
9

convenientur visum est te in consiliu͂ ut viru͂ prudentissimu͂
adhibere quo constat esse etiam dm̄ avi nri̅ t̄tatibus
ingiter et laudabiliter adhesisse. Quod si dignu͂ fuit Illustre
talem tm̄ q̄ viru͂ h̄re quanto magis nobis convenit so-
laciu͂ querere quo p adolescencie flore decent adhuc pos-
sim⁹ indigere Magna est enim infinita q̄ prudencia qua
nemo sic assequitur. ut eam no̅ necesse et p alios querere
videatur. Senes ipi consilijs sapiam discunt et amatur⁹
i comune quitur. quod p omi utilitate t̄tatur. solaciu͂
curaru͂ frequenter adhibent. maturi veges et meliores es-
timatur. si soli omnia no̅ p̄sumunt Quod si longeui dm̄
subditoru͂ ingenijs adiuuatur. Consulte vela parum
etatis nre breves fias ut suis incrementis aucta pro-
sperius robustior ad impij pondera sustinenda co-
surgat. atq̄ io te cu͂ fauore dno suggestu patricialis
patriciatus eueximus ut p re publica nra t̄tante sedis
celsa sublimeret. rec sententia salutaris cui pare decet
humiles a loco videatur. venisse cor. hic est honor qui et
armis convenit et i pace resplendet. hunc ia dudum
Grecia que multa gl'iosissimo dno avo nro debuit
gratificata p̄soluit, velavit fortes humeros clamid.
vestis purpure sinas eius calceus iste romanus et
dignauit visus est accipe quod se cognoscebat assu-
mere p honore. Cruscebat visendi studiu͂ corp̄s p̄ plus
heroa nrm dum nescio quo pacto i illo qui bellico p̄
creditur civilia plus amatur. Hac igitur honis venu-
nacōe contentus indefessa deuocōe p exteris ptibus
laborauit Et p̄ture cu͂ suis patrib; p̄ncipi digna-
batur obsequiu͂. qui tantoru͂ regu͂ stirpe fuerat pcrea-
tus Sic se magnoru͂ bn̄ficia semp extollimt. ut et
quib; impare nequeunt nra uenacōis i ponat
Diligunt oms sui p̄uectus semp auctore et morbi-
nra nesciunt qui beneficijs no̅ tenentur. Sz longu͂ est
de eius gl'ia sufficient loqui. que singulare gentib;
secunda secula commeruit. Ipius te labor instituit ut
nos mini⁹ laborare debeam⁹ Certu͂ pacis erat, rerum
belli dubia conseruebat Et quod apud sapientes vires
singulare mini⁹ est ille sollicitus ad omnia securire tibi

ptoris pandebat archana tu tamen nullos responsis ludebas
ambiguis amasti in audiendo paciam in suggestione ueritatem
Sepe que ad eum falso perueniant recti studio corrigebas
Et quod rarum confidencie genus est interdum resistebas
contra uota principis sed pro opinione rectoris paciebatur eum
inuictus ille plurimis pro sua fama superari et dulcis erat insto
principi uenerabilis contumacia obsequentis ama nunc
sublimior iusticiam quam seruiens diligebas unde te illius
esse discipulum qui nunquam laborauit incassum uictus
amali generis nobilissima tibi facta consorcia. Omnesique
bonum regia suadere dz affinitas aucturus et consueta
bonum regia suadere dz affinitas aucturus et consueta
prudencia ut laude morum fastigium contigisse indicaris
excelsum; exstat gentis gothice huius probitatis exemplum gen
simundus ille toto orbe cantabilis solum armis filius
fuit tanta se amalis deuocione coniunxit ut heredibus
eorum curiosum exhibuit famulatum Quamuis ipse pe
teretur ad regnum impendebat aliis nutu suum et moderatis
simus omnium quod ipsi conferri poterat ille prumulis exhibe
bat atque ideo eum morum fama concelebrat. Viuit sem
per. Ideo qui
relatoribus qui quis moritura contempsit. Quamdiu
diu nomen superest gothorum fertur eius cunctorum at
testacione preconium. Verum satis est de te meliora credere que
nunc constat generis affinitate gaudere

Senatui urbis Rome

Tholonom affinem suum factum militem candidatum.

10

Habetis patres conscripti uirum gloriosum principi gratam referre
debeatis quando patricio uiro Tholoni et nostra affinitate
fulgenti uestri ordinis contulimus dignitatem. Atque
est enim pacis genus fulgide radiantis ornatum. Non
distincta iacet toga iam procinctualis effecta Ante
uobis honores contulimus sed nunc ipsam eximie digni
tatem
pro omnibus est nimirum splendor refusus quem patribus pt
fere patricius. Quam illa est uera purissima luminis que
reluceat et primis. Sed quamuis sit uobis notissimus can
didatus qui dominum auum nostrum tam claris ac diuturnis
adhesit obsequiis tamen iuuat illa repetere que constat
ad institutoris eius gloriam pertinere. Primum quod inter
naciones eximium est gothorum stirpe nobilissima gloriatur
qui mox ut inter parentes reliquit infanciam, statim

rudes annos ad sacri cubiculi secreta portavit, aetatis non ut
etas sed ut locus potius expetebat. Nam licet omnia regum
obsequia sub cautela peragenda sint illic tanto timoris
amplius adquiritur quanto proximius plus habetur. Arduum
nimis est meruisse principis secretum ubi si quid cognos-
citur pro te vel alio formidatur. Has procellas moderator sin-
sine offensione transmisit carus summatibus collectis semper
acceptus ut iam tunc magne felicitatis videretur esse presa-
gium gratiam meruisse cunctorum. Cuius ut crevit etas
adolescentie teneritatem animi in robustam gentis audaciam
conduxit ad expeditionem ductus est Sirmiensem ut quod
ab illo Martio viro didicerat hic actibus strenuis in campo-
rum libertate monstraret. Exiit de Hunnis inter alios triumphum
Et eminentem laudem primis congressibus auspicatus
neci dedit Burgares toto orbe terribiles tales mittunt
illa cunabula bellatores. Sic parati sunt manibus ubi
exercetur animus virtutibus in otiosa servitia laboriosos
subegit. Et quod exercitatione non didicit virtus plena con-
plevit. Rediit subito ad principem veteranus egressus
tiruncus ut non parentis obsequiis sed armis se studuisse
crederetur. Hic rimator ille actuum et honorum remunerator
inspiciens vigorem illi regie domus virtutis contem-
platione commisit ut que ingeniosissimi bella pertractaverat
fortissimi regis consiliis insereretur ad invenienda subtil(is)
ad implenda robustus ad celanda cautissimus. Exiit
locum intro publici secreti cum ipso prelia cum ipso negotiorum
equabilia disponebat. Et in tanta se similitudine eius
cogitationibus adiungebat ut causis recognitis quod ille
velle poterat iste sua sponte peragebat. Defensorem omnium
suis tractatibus adiuvabat et iustitie consilium regebat
ipse rectorem. Admonet et expeditio Gallicana ubi
iam inter duces ductus et providentia suam bellis et
pericula promptissimus inferebat. Arelatus est civitas
super undas Rodani constituta que in orientis prospectum tabu-
latum pontem nuncupati fluminis dorsa transmittit. Hinc
ab hostibus capere et nostris defendere necessarium fuit. Quapropter
excitata sunt Gothorum Francorumque validissima tempestate
certamina. Affuit illic dubiis rebus audacia candidati

Ubi tanta cum globis hostium constancia pugnauit ut et
inimicos a suis desideriis amoueret et uulnera factorum suorum sig-
na susciperet. Uulnera inquam opinionis inseparabilia sine assertore
preconium propria lingua uirtutis que licet ad presens periculum
ingerant, reliquum tamen uite tempus exornant. Esset enim a
stipulatoribus corpus illesum quam alios qui uisa diuulgent.
De fortitudine probata non ambigitur que tali testimonio
comprobatur. Conflictus uirorum fortium mutua tela non
respuit. Nec semper tutus fuit qui cum numeroso hoste con-
tendit, unius forsitan ictus solet eludi qui multis
resistit apte quando non credidit uulnus excepit, que tamen
nunc sunt gloriosa quantum tunc fuerunt pericula. Iuuat igitur
fortissimi uiri narrare quietum felicitatis exemplum quia non
est parua laus in duce semper anxios labores asserere. Contra Fra-
tibus [?] igitur et Burgundiis decertantibus rursus mittitur ad Gal-
lias contuendas ne quid aduersa manus presumeret quod no-
ster exercitus impensis laboribus uindicasset. Adquisiuit rei
publice romane aliis contendentibus absque ulla fati-
gatione prouinciam et factum est quietum comodum nostrum. Ubi non
habuimus bellica contencione periculum, triumphus sine
pugna, sine labore palma, sine cede uictoria. Tantum
ergo eius glorie debemus quantum utilitatis accepimus que-
et ille arbiter rerum largitore reditum iudicauit dig-
nissime prosequendum ut ibi fieret dux possessionum ubi
utilitati publice procurauit augmentum. Aquiliensem
quorum tempestatem. inue [?] inter eius prospera mediocramque
Omnia discrimina dum feliciter cedunt sensus suauissime
memorie derelinquunt. Cum uentis seuientibus furente
pelagum spuma testaretur undarum diu iactatum naui-
gium tumens fluctus absorbuit, nullum relinquens forti
uiro solatium nisi tantum remigia brachiorum. Tunc iste nau-
tis pereuntibus cum caro pignore solus euasit. Ibi amor
pijssimi regis, ibi nutum probatum est periclitatis quem reg-
nator ille in proprio littore restitutus ut cum expiro preualeret
eripere undas iterum desiderabat intuere. Tunc eius pericula
formidauit qui saluti proprie timere nesciuit. Nomine uos
patres conscripti asperis casibus diuinitus uideri exemptus
cui prius probatur euentus. Hunc itaque uirum bellis exercitatum

felicitate clarum prudencia comprobatum. Quod deo auspice
datum sit ad patriciatus principalis culmen eximium feliciter
nunc auspicijs candidati et viris fortibus libertatis atria
reserate, convenit gentem romuleam martios viros
habere collegas etc.

11

Senatui urbis Rome etc.

Confido patres conscripti quod ad attendas optimo rum
gratias omnium vestrum studia debeant concitari. Quia
prouectum meum excogitatum nostis pro utilitate cunc-
torum. Et ideo alacriter excipiendum est quod necessarie
fuisset optandum. Omnibus quidem utile est iudicia princi-
pum sequi sed ipse facit propria qui grata eius suscepit. Certa
Retinetis me senatus semper fouisse cetum sed nunc maiorum
cum vestrum uideor intrare collegium. Assumpto dignitatis or-
dinis uestri michi gaudium duplicavit quia me pariter ex hoc ac-
cessio a quibus me amari posse confido. Accedit et id ad
uos gratissimum pignus quod patriciorum genus per uos co-
stat erectum. Quia nemo vnquam gentilium in uobis putauit
abiectum quod in me respicit honoratum. In expetendis
quoque honoribus apud gloriose memorie theodoricum princi-
pem vestrum mea uobis sepe nota contingit ut quadam
prouincia talia uideatur premisisse ad quos meum gloria dece-
bat intrare. Confidencius enim illud expeditur ubi pro
collata beneficia festinatur. Sepe consules sepe patricios
sepe prefectos habita intercessione promoui. Vobis impe-
trare contendens quod michi ardue potuisset optari.
Congaudete nunc patres conscripti meis auspicijs qui
vestris fauit semper honoribus. Vestris sociat qua uos affec-
tione complectar. Insertus quippe regie stirpi nota-
bilem uobis suum uoluit haberi commune. Iuncte deo propicio
servivit et quod est felicissimum suauitatis genus exul-
tate cum liberis vestris. Studete sicut semper predicatum
moribus romanis et bonorum actuum famam sub alta
quiete perquirite. Iniectum est nunc gloriae ut quorum numerus
augetur eos diuinitate propicia tueamur etc.

Opilioni Comiti etc.

Illustrat cum co: imitiua domesticorum

12

Perfectionem necessariarum rerum indicant esse
completam. Et quemadmodum eligendo virum magnificum

patricium armate rei publice de pace puidimus Ita et de socian-
do ei laborum peritissimo consulamus Decet enim tractatores esse
doctissimos quibus partes summa committitur ut nullo motorum
impediente defectu pmissa rei p utilitas expleatur Alii sunt
honores qui se ordinaria provisione componunt De generali
aut sollicitudine talis associandus fuit qui parem
in suis studiis non haberet Neque enim adhuc minus probatus
agnosceris licet primevus venis ad honores advocationis
te campus exercuit, te iudicii mei culmen elegit Nam
quamvis inter te tam ampla fuit professio laborum, tum tamen
ibi consenescere non patiebamur insignem auspicatus es
militem cum imperes potius cognitore Et quamvis traheret
te eloquencia pro defensione dicere suadebat tamen equitas
iudicanda proferre probatum est quid utilitatis habeat
moribus armata facundia Nam sicut perniciosum est
doctos prava suadere Sic salutare nimis est cum veritatis
terminos disertitudo nescit excedere Sed ut multa tua exe-
plis potius laudabilibus asseramus Iuvat repetere
pomposam legationem qua non communibus verbis sed quodam
torrente eloquencie flumine pertulisti Diutius enim de partibus
Dalmatiarum ad dominum avum nostrum sic necessitates provincialium
sic utilitates publicas allegabas ut apud illum magna
cautela sollicitum et copiosus esses et fastidia non moveres
Habundancia siquidem verba cum lepore suavissimo defluebat
Et cum finem faceres adhuc dicere querebaris delectando
monendo implebas magis veri oratoris iussum cum ea
causidici deservisses officium Genitoris qui etiam tui fa-
cundia et moribus admiraris Eminus te eloquium instruere
potuit et si libris veterum non vacasses Erat enim ut scimus
esse sic litteris eruditus et ut aliquid studiose exquisitum
dicere videamur / Has primum ut frequencior tradit opinio
Mercurius repertor artium memoratur volatu multa-
rum Strimoniarum avium collegisse Nam et hodie
grues quibus nomen ex facto est pennis aerem secantes
dum se consociant alphabeti formas natura imbuente
distribuunt Earum in ordine decorum redigens vocalibus
consonantibus que congruenter admixtis viam mentis repperit
per quam alta petens ad penetralia prudencie mens
possit velocissima pervenire Hinc Helenus auctor

Grecorum plura duxit. eximie virtute eius componentem que
subtilissima narratione describens ut in ipso imitatis possit ag-
nosci. Magnarum copia litterarum. Sed ut ad propositum redeamus.
paterno quidem exemplo ingenium extendisse credendus non es
qui in romano foro eloquentiam enutristi. O beatum magis-
terium felicissimum que discipulum qui affectuose didicit quod
aliis doctorum terror extorsit. Romanum denique eloquium non
suis regionibus invenisti et ibi te tulliana lectio disertum
reddidit. ubi quondam lingua gallica resonavit. Ubi
sunt qui litteras latinas rome non etiam alibi asserunt esse
discendas. Erubescat tertilius pondus verecundie si hunc
provectum priora secula contulissent. Soluta est quippe nobis
illa fame mittit et liguria tullios suos. Cognosce quoque
ex meritis tuis estimationem qui illum te vides consilio
sociatum qui nostri imperii tractat archanum. Hinc est quod te
comitive domesticorum illustratum honore decoramus
ut merito maiora de nostris debeas sperare iudiciis qui
inter adhuc meliora credimus inveniri. Grande tibi
negotium vides esse commissum. quidquid regis generalitas
sentit. Veram qui potest in universitate prestare gloriam nimis est
si nescit excedere.

Magisterium beatum

13

Opilioni Comiti

Carrus celsa conscendit qui se in primis bonis mo-
ribus approbavit. Et certo prodit vestigio qui
gradatim desiderio potitur accepto. Sine merito
et quidem reminatum putatur omne quod est subitum.
nec inexploratum suspicionem refugit quod repente prove-
nit. Cetera omnia delibata robustiora sunt et totum bonis
actibus obtinuisse creditur qui per documenta laudate
militie promovetur. Dudum inter gymnasia litterarum ab
illo meritorum inspectore actitus qui iudiciis suis etiam
futura nec predicit. Privatarum largitionum fascibus prefuis-
ti suscipiens patrimonium meritorum. Ita gratiam dominantis
arripuisti ut tibi sepe committeretur quod dignitas non
habebat. Et quod si laudabile est vel mediocribus esse honoribus
parem. quanto prestantius vicisse moribus aulica dignitatem.
Et cum tu sub tanto iudice laudata pagis. gratiam
quorum loci actibus invenisti. Dictationibus enim probatis ad-
hibitus.

Cum sit offensionibus aliis compulsus et ita suspensum honore tum
sustinebat ingenium ut palatio deesse non sineres mediocritatem
tuamque ad tempus abrogatam cognovimus dignitatem. Vero
sunt imparia tempora nostra tuis actibus. Honorum sequaces cum
loco prosperorum certe iterum ad questuram conmenso venit
ingenio. Reddemus plinium et summe traianum. Habes magna
que dictas si et tu simili ordine resplendeas. Fama temporum
de lectura atque eloquenti iussione generatur. Omnia siquidem
bona cumulat lingua disserta et quod a nobis percipitur
gloria dictantis ornatur. Esto nobis ad bona suggerenda
promptissimus et adversus improbitate male presumencium con-
stanter cotus. Dic auribus nostris etiam quod non est omnino

Bonus princeps

pro nobis. Bonus princeps ille est cui licet pro iusticia loqui
Et contra tyrannice voluntatis indicium audire nolle constituta
veterum sanctionum. Renovamusque certe domini illud celebrimum
Traiani summe dictatorum si bonus fuero pro re publica et me si
malus fuero pro re publica in me. Sed vide quid a te quamvis
qui nunc nobis aliquid iniustum licere permittimus. Decreta ergo
nostra prosperorum resonent constituta que tantam suavitatem
laudis inveniunt quantum saporem vetustatis assumunt. Obli-
perinvidia que nos horremus in aliis non amamus. Obli-
gamus te certe generalitati dum absolute percipimus nostra
suavi. Nam ideo nunc dicimus ut inter oportune consuluisse
omnibus videamur. Decet enim premonere ut te iam tardius
post acerna pericula in manu videamur velle corrigere.
Bonorum exempla sequere et nobilitatis tue memor
in mente. Illi digne ad inicia generis sui redeunt qui con-
temptibili stirpe nascuntur. Hic igitur in bonum publicum
per dies proximam feliciter indictionem questure tibi insignia
deo prestante concedimus honore prudencium fonte
omnium dignitatum quod ex inde procedit quod indulgencie
nostre largitate manavit. Agent qui ad consilium nostrum
ascisceris prudencia cunctis gravitate quam preminere
noscaris. Nam quid tibi conveniat vides, vox legisla-
toris diceris dum nos iura condimus. Incumbe nunc probitati
et fidei ut sicut te prior honor dignum fecit alteri ita se-
cundus tercie faciat dignitati.

Senatui urbis Rome

Ut eundem favorabiliter recipiat

18

Accipite patres conscripti indicium quod nostra pertulimus inicia
quia que nunc acta sunt plus animo cogitantur. Quia
talis subsequens creditur, quale primordium venisse
sentitur. Nemo enim futurum esse putat diligentem qui in ipsa
novitate opinionis sue non videtur esse custodem. Providus
institutor ortu sui fecundis nititur ornare plantariis
ut reddat fructus optatos que sollicitis fuerant ex-
culta laboribus. Quanto magis regnum decet inter inicia
pacis amenitate compleri, ne horrens spinis ager videatur
inculti. Et ideo beneficiis nostris quorum quandam summam cogitamus
talem dare questorem per quem nemini dignitatum cul-
mina decenter ornentur. Omittimus nobis esse de candidato
notas virtutes cum sint moderna que loquimur. Nam
cum transitum gloriose memorie domini avi nostri subiectorum
anxia corda lugerent, bonum quippe amissum dum queritur
plus amatur, per eum et nostri auspicii et vestre securitatis
optata gaudia patuerunt. Intelligite quali eum
equitate constringimus in futurum ut ipse vobis legum fie-
ret custos qui conservande iusticie fuerat promissor ef-
fectus. Affuit mandatis legibus eloquens et decorus
orator, pronuncians et inspectus quos gratissimos
reddebat auditus. Tales enim decet esse aulicos viros
ut et bona indicio frontis aperiant et possint agnos-
ci de moribus cum videntur. Idcirco enim plerumque
despicabilis est. ~~Oris semper in honore perdurat quem~~
~~lingua decora nobilitat.~~ Sit iam est tranquillus animo
cum quo serenissimus commendat aspectus. Hoc denique
fide testamur: copiam nos huius perdidimus qui tale
eligitur qui ex utraque parte laudatur. Eloquencie non
bona ineptum est in questore perdurare cum ad hoc specialiter
probetur ascitus ut opinionem temporum commendet
qualitate dictorum. Aliis enim iudicibus provincia-
rum committatur exactio, aliis privati erarii custodia
delegetur, hic autem aulice fame insignia repor-
tavit per totum mundum opinio vulgata laudetur. Vos
patres conscripti estimamus fore a deo repetendum ut
tales nos querere credatis quales et vobis laudi et
vestre securitati expediat invenire. Agnoscite docti

Laudatur eloquentia
de questore tractatur

boni principis votum confidite de beneficiis qui habere probamini noti-
tiam karum. Decentissimum est torpere cum se ad provectum cog-
noscat verum dominus invitasse. Quapropter patres conscripti il-
lustrem Ambrosium questure culmine decoratum favor
vestre benignitatis excipiat. De eo enim non debet dubitari qui
a vestro ordine iam in prima dignitate meruit approbari.

Fideli viro Questori

17

Gratissimum nos profitemur animo quod gloriosi domini avi
nostri respondistis in episcopatus electione iudicio. Oporte-
bat enim arbitrio boni principis obediri qui sapien-
ti deliberatione pertractans quamvis in aliena religione talem
visus est pontificem delegisse ut nulli merito debeat displi-
cere ut agnoscatis illum hoc optasse precipue quatinus bonis
sacerdotibus ecclesiarum omnium religio pullularet. Recepistis itaque
virum et divina gratia probabiliter institutum et regali examinatione
laudatum. Nullus adhuc pristina contentione teneatur.
Pudorem non habet victi cuius votum contingit a principe
superari. Ille quinimmo suum efficit qui eum sub puritate di-
lexit. Nam qua sit causa doloris quando hoc et isto reperit quod
alteri in partem ductus optavit. Civilia sunt ista certamina
pugna sine ferro rixa sine odio clamoribus non doloribus
res ista peragitur. Nam et si persona summota sit nichil tamen a
fidelibus amittitur cum adoptatum sacerdocium possidetur. Qua-
propter redeunte legato vestro illustri viro Publiano venerabile
duximus ad coetum vestrum salutationis apices destinare.
Magna enim iocunditate perfruimur quotiens cum vestris pro-
ceribus verba miscemus. Et hoc quoque suavissimum nobis
minime dubitamus si quod illius fecistis in principio nobis et
esse cognoscitis gratiosum.


h De Confirmacione [illegible]

Senatui urbis Rome

Cuidam sacrarum lar-
gicionum comitiva
conceditur.

16

Solent quidem venientes ad dignitates aulicas ex-
ploratione trutinari diutina ne imperiale iudicium
aliquid probare videatur ambiguum vel quia gloria reg-
um est reperisse iudices exquisitos. Sed tam frequens est
felicissimus proventus vestre familie tam in multis personis
declarata prudencia ut licet aliquis vos eligat ad
subitum nichil fecisse videatur incertum. Similitudinem suorum
felix vena custodit quem pudet delinquere qui similia



nequiverint in sui genere reperire. Hinc est quod melius agnoscitur
elegisse nobilem quam fecisse felicem: quia iste commoditatem
pro veterum se facta custodit, ille ex propriis non habet nisi quod fecerit.
Quapropter scire tibi credimus quod toties tuo generi commis-
sum fuisse gaudemus. pater his fascibus praefuit, sed et frater
eadem resplenduit claritate. Ipsa quodammodo dignitas
in penatibus vestris larem posuit et domesticum factum est decus
publicum. Nam sub laude fraterna militiae ordine didicisti,
cui mutuo connexionis affectu implebas laboribus socium.
Et consiliorum participatione germanum. ad te pertinere po-
tius diiudicans quod frater acceperat, hoc baculo re-
clinabatur. ille felicior, sed tu astutior. quaedam negligens
praesumptione tui quia per te omnia credebat impleri. Est
dulce fratrum obsequium et pretium temporum antiqua concor-
dia. Bene talibus fratribus iudicium creditur, qui huiusmodi mo-
res naturaliter sentiuntur. Quod si amoeni recessus et pro-
vinciale otium forte libuissent ad te catervae causan-
tium et anxia currebat vota litigantium. Boni iudicis
inter eos assumebas officium ut futurorum quodam urgen-
te praesagio quod a nobis accipere poteras moribus pagi
satisfaciebas. Meminimus etiam qua nobis in primor-
diis regni nostri devotione servieris quando maxime neces-
sarium fidelium habetur obsequium. Nam cum post transitum divinae
memoriae domini avi nostri anxia populorum vota trepida-
rent. Et de tanti regni adhuc incerto herede sub [illegible]
torum se corda perfunderent, auspicia nostra liguribus
felix portitor nuntiasti et sapientiae tuae allocutione fir-
mati maerorem quem de occasu conceperant ortu nostri
imperii in gaudia commutabat innovatio regis sine
aliqua confusione transiit, et sollicitudo tua praestitit
quod nos nullus offendit. Atque ideo probato talibus institutis
ab indictione feliciter sexta Sacrarum largitionum comi-
tivam propitia tibi divinitate concedimus, usurus eis
omnibus privilegiis atque emolumentis quae ad tuos
decessores pertinuisse noscuntur. Absit enim ut aliqua ca-
lumniae machinatione quatiantur qui actionis suae
firmitate consistunt. Fuit enim tempus cum per delatores vexa-
rentur et iudices deponite iam formidinem quando non habetis
errorem. fructibus [illegible] utimini dignitatum. Nam quod

vobis per decessores predecessoresque vestros temporibus domini avi nostri con-
suetudo longa detulit indulgencia quorum nostra custodit. Confirmamus
tibi honorem germani si tu fidem eius imitare feceris. Nam si
illum sequeris multos laude precedis morum auctus maxime
probate constancie qui sub tanto principe et sine culpa pa-
ruit et iudicia laudatus evasit, presumptum est enim estimare
quid egisset qui sub ingrato successore palatinum officium
premia eius tacere non potuit. Difficile itaque non est moribus
sequi posse germanum cunia et in conversacionis fructu ple-
runque consenciunt qui unius semine procreantur.

Senatui urbis Rome

Eundem laudando mirifice recommendat senatui urbis.

|^

anta est patres conscripti in candidato copia meritorum
Ut eligamur ne tardius putetur elatus quem non sit
iudicio comprobatum. Nam cum divine memorie avus
noster optimos viros exquireret nobis cum remuneratum
prosperior fortuna servavit. Ita paruit. illi multa officiosite
servivit et a domino largissimo beneficiorum sine aliqua vari-
acione constat esse vectum. Secundo dilata est compe-
tacio meriti ut nobis aptior fieret causa prestandi. Conveniat
ergo se pietas nostra lege nec cum dignum est abscedere solui
quod collatum constat auctori. Licet enim munificencia nostra
eum differret. tu enim perfice consuetudo sue nobilitatis
ingessit, pater huic manu clarus ac summa fuit morum nobi-
litate conspicuus que nec ferventia bella respuerunt
cum tranquilla ocia perdiderunt. Corpore validus, animo
robustus eum antiquitatem gestabat. abstinens seculi
avariciis, ditatus claris honoribus, his temporibus beatitudine
est eximius, cum princeps non esset ceteris. Sed quid anti-
qua perceptum eius nobilitatem repetimus cum vicina re-
splendeat luce germani. cuius non dicta proximitas. Sed ut
amicicie coniunctum fuisse per se laudabile hinc virtutibus
ita se sociavit atque connexuit ut hoc pocius sit incertum
quis magis perdiretur ex alto amicicie. ille prestat
fidem si magnam promissis. Sed iste constancia. ille quoque
avaricia vacavit, et iste probatur a cupiditatibus alienus
hinc est quod norunt regibus servare fidem quod nesciunt al-
ter equales exercere perfidiam. Ille enim modus faciliter probatur
ubi non a sublimitate iuratur. Nemo ergo sub puritate non
serviant dominis qui nesciunt illusisse collegis. Hiis

Principatus virorum ostendit

laudibus clarus a coniuge Basilianae sociatus fertur esse familiae. quod plerumque evenit amicitiis coniungi posse nobilibus. Inspicite in eo si placet et familiare virtutum quae saepius moribus viros magis industrios haec signa prodiderunt. res hunc privata tanto fuit moderamine disposita ut nec aliqua tenacitate sorderet nec iterum effusione nimia laberetur. Gentiles victu romanos sibi iudiciis obligabat et quam ingratitudo dignitatibus plerumque venit, iste disceptando sibi amicitias colligebat. Videte quid faciat nobilis natura. Ex iudicibus natus arbitrium agebat. quod nisi ex morum probitate nulla potest contingere ratione. Iam fascibus obedire plerumque privatus necessitas cogit; privato iudici parere sola suarum probitas facit. quanto nobis plus laudis videtur habere voluntarius iudex quem ad iudicia audienda non cogit nisi quod iustis ex moribus estimatur. Quapropter patres conscripti favete vestris alumpnis et vestris favete iudiciis. Secundo ad vestram curiam venit qui et ex senatore natus est et aulicis probatur dignitatibus honoratus. v.

Cypriano viro illustri v.

18

Professione constat ecclesiae et iustitiae legum peritos iudices ordinare. Quia nimis potest negligere qui novit equitatem. Nec facile vicio sordescit erroris quem doctrina purgavit. Dudum te forensibus negociis insudantem oculus imperialis aspexit nec latere potuit qua fide suscepta peregeris qua luculencia tractata portaris. Equo gradu eloquencia tua atque conscientia procedebat. Nullus susceptus quod amplius desideraret habuit; nullius iudicium quod in te corrigere possimus. Accessit etiam venustas oris et castitas animi iuvenem te solus decor ornat. ab ore prudencia tamen verba manavit. Contendit itaque flos etatis et maturitas mentis; sed potius illa superavit que vos ad virtutum gradus gloriamque perducit. Quapropter aptamus munera nostri meritis tuis ut arcana regia fidelis accipias et vir eloquens sacrarum recipias dignitatem. Vide causas conditorum iudicia quas laudabiliter portabas. desiderat tibi prima excitata quam doctrina modo est felix et certa negociorum conditio quam illi superam det qui non potest ignorare quod

Non enim decet iudicem nostrum esse volentibus altius ut magis
alii pareat cui tot milites obsecundant. Certe si in aliis
tollerandum ut tamen nimis in questore pudendum ut qui eli-
gitur ad principis consilium solacium expectet alienum. Et
ideo quod deo auspice deinde sit per septimam indictionem ques-
ture tibi confirmamus dignitatem. Sed tuus honor est impe-
tus obsequium. Nam sicut conscientia leta est que probitatem
meritis ita sub reatu iacet qui se imparem cognoscit
muneribus constitutis. Habes priscos viros quos imitari te
decet, precedentem famam quam sequaris dignitate. Nam si te
privata vita virtutibus exornavit quanto prefecta melius de-
clarabit. Assumpsisti nomen ex meritis custodi ut semper

Nota

lecteris veritate vocabuli. Nam cum omnis appellatio ad
declarandas res inducta imposita nimis absurdum est per-
tale nomen alienum ut aliud dicatur quam possit in moribus
inveniri. Verum hec bone conscientie dicta sufficiat quia
dubitari de illo creditur qui pluribus admonetur.

Senatui urbis Rome v

Recommendat candidatum eloquentissimum in questure dignitate

19

Licet cetus vester ingenuus splendore semper irradiet
clarior tamen redditur quotiens augetur dignitatibus.
Nam celum ipsum stellis copiosissimis plus re-
fulget et de numerosa pulcritudine mirabilem intuentibus
reddit decorem. Nature siquidem insitum est ut bonorum
copia plus delectet, prata denique floribus pinguntur
innumeris laudantur pinguius arvum densior seges. Anti-
quitas vos fecit nobiles hominum. Nos senatum et de nume-
rositate volumus predicari. Hinc est quod vobis aggregare
cupimus que recipimus ubicumque precipuum. Nam licet apud
vos seminarium sit senatus tamen et de nostra indulgencia
nascitur qui vestris cetibus applicatur. Alumpnos autem te
nobis pariunt aulice dignitates, questura autem vere
mater senatoris est quam ex prudencia venit. Quid enim
dignius quam eum participem fieri qui adhesit consilio
principali. Sed quia prudenti viro non sufficit generale co-
missa laudatio eius vota paulisper tangamus. Questorem
virum patres conscripti cognoscite, exercitata per eloquen-
tia placuisse. Et sic advocationis sue certamina confisse
victorias ut merito sibi electio cum triumphalis assumeret

Quantis que palmis feliciter laureatus nobis dedit omina laudatorum. Ad forense gymnasium prima etate deductus studuit semper integritate mentis et nobilissimo pudore castitatem corporis sub nimio labore custodiuit. Orator facundus gravissimus patronus. Susceptas causas quas precibus adiuvabat quam credi non poterat negocium improbabile. Cui talis industria assistere Rome permittebatur, nunc virum esse publicum dampnum. Quid enim aut vobis aut nobis cedit acceptius quam vestro coniungi lateri qui inter leges meruit approbari. Amare namque eas potest per quas doctus enituit dum affectat unusquisque gloriam suam nec oblivisci potest animus eo qua nobis parte fuit sociatus. Credidit is forte principes viri novam in eo ac nuper optatam apposuisse prudenciam. Origo eius hereditarias [illegible] vendicavit. Cuius pater ita in mediolanensi foro resplenduit ut tamquam de ciceroniano cespite pullulasse eloquio. Proinde quamvis sit ut inter mediocres difficillimum placendi genus, tamen advocacionis laudem inter primarios eloquencie frequenter meruit invenire. Is contra magnum Olybrium stetit, is palmarum cunctis lingue ubertate sufficit et illis par extitit quos singulares Roma cognovit.

Quid enim generosius qui tot laborum precibus floruisse maiores. Nam si inveterate et perpetuis ducte divicie nobiles faciunt, multo magis preclarior est cuius origo thesauris prudencie locuples invenitur. Quapropter patres conscripti favete vestro iudicio ac suis meritis candidato, qui sic collegio manum clemencie porrigitis vos pocius sublevatis. V



Extollit [illegible]

Conceditur prefecture dignitatem

20

Albieno viro illustri Theodricus Rex

Assercio mutorum est pocius se eligi per imperii iudicio accusari quam excessus predecessorum non corrigitur nisi cum successor optimus invenitur. Contrariis rebus plerumque medicina succedit. Nam calor vitalis adhibitus fuso frigus pestiferum tunc recedit. Nubila ipsa ventorum inspiracione consumuntur et aquilonis faciem tranquillam reddit quam australis aura turbavit. Sic nos decessoris tui qualitatis amore submonemur ut tu saluberrime advenies, contraria prioribus imitare

Tu laudanda peregisti. Ille calumpniis odiosus, tu stude ut ius-
ticia reddatis acceptus. Ille rapax, tu continens. Bonorum
omnium brevis est definicio. Vitare que fecit quem illa vere lau-
danda sunt que quis suo iudicio comprobavit. Respice de-
mens in illo odium publicum et tu amorem affecta cunctorum.
Tanti tuis moribus gratias agant quanti acerbitate actio-
nis illius accusant. Animare igitur de decessore precedenti-
bus quem post illum perfuisse malicie mirum ut a malis abstinuis-
se laudabile est. Etiam quale est si beneficia provinciis tri-
buas que hactenus non habebant. Bonum insolitum plus
amatur si sequenti gaudio confert dulcedinem temporum
premissa tristicia. Atque ideo prefecture tibi fasces per septimam
feliciter indictionem auxiliante domino conferimus. Exue quicquid
fuit hactenus decessoris lesione terribilis. Tanta nunc live
debet beneficia lenitatis. Siquidem sauciata tua cura refo-
venda sunt non tuis non alienis manibus quisquam gravan-
dus. Nam ultra omnes impietates est nocere lesos qui sanare
creditur vulneratos. Redeat ad nomen antiquum prefectura
illa pretorii toto orbe laudabilis. Cuius si principium quamquam
per Ioseph a beneficiis inchoavit. Nec in initio a legibus minus
palam pronunciavit pater et predicator impii. Quia sic iuste sic provide
agi voluit ut non districtum iudicis nomen sed vocabulum
illi pietatis imponerent. Iustis ac debitis compendiis
nostrum parte crescat erarium. Lucra renuimus que legum cauta
profanant. Pecunias illas volumus nisi quibus libera iusticie
suffragatur. Edes nostras nequiciam non patimur introire
quia nec privatim intromittere possumus quam publica voce
dampnamus. Audite iudices quid amemus. Nolite aliud
in malum publicum suspicari. Via qua vos per iniquas provisio-
nes esse creditis placituros eam nos cognoscatis sola
illa diligere que possunt iusticie monitis convenire. Vestris
iam moribus imputatis si post ista delinquitis. Sed illi for-
te talia gesserint qui ad dignitates suis parentibus
incognitas pervenerunt. Tu post patris prefecturam laudabile
aliquid quod melius predicetur adiunge, quia dilectior
semper esse debet qui sequitur dum bona parentum probabiliter et
imitari cupimus et vincere festinamus. Accedit etiam tuis
laudibus quod etas prudenciam probatis imbuit. Grave est

sapienti ibi offendere ubi alterum reperit incidisse. Ius forte
peterant qui iura nesciunt. totum a te litterarum quiritur. cuius
origo indocta fuisse nescitur. Equales tibi sunt libri
veterum et actiones presentium, porrecta opinioni tue pre-
stamus iudicio ut impar non sis meritis quorum equasti pro-
pria beneficia dignitates.

21

Comiti patricio Johanni

Licet proprijs frequenter honoribus existimacio tui suis digni-
tatibus laudatus tamen quia nostra bonorem non expedi-
tum refertur quod ad initium eius revertimur de quo
iam multa preconia convenerunt. Testificatum est de te quod
de fidelibus quidquid de bonis meritis debuit estimari. Sed
digne laudum tum voluit novitates emittit qui se ac-
tionis probitate complevit. Natura boni fontis est
perhennis vena laudabilis. Nam sicut ille fluendo non
expeditur. sic nec ista celebri sermone siccatur. Quod et si-
tum facta taceatur. tu nova probas suggerere que dictam
eximium etate crescis semper et meritis. Cursus annorum
laudis tibi peruat augmentum. Senescis quidem corpore
sed laudibus iuvenescis, multo tibi prior etas optatur
in quo fama semper robustior invenitur. Habuisti sub
divine memorie avo nostro in utraque parte laudatas pre
excubias. Vidit te adhuc gentilis Danubius bella-
torem non te terruit Bulgarum globus qui et nostris
erat presumptione certaminis obstaturus; peculiare tibi
fuit et venientes barbaros aggredi et confusos terga
sectari. Sed victoriam Gothorum non tam meritis quam labore
misisti. Preterea vidi quod non minus ipsis certaminibus fuit ve-
rendarij officium laboriosis contentionibus exhibebas.
Fuerat enim apud illum virtutum omnium virum exercitu-
alia vel pacata servitia. Cuius enim non angeret bellum
qui illi potuit competens exhibere responsum. qui
tanta firmitate animi semper exegit, tanta vigore
in asserenda veritate constanciam ut victo se vicisse
diceret hostem qui illo parte vitare valuisset errore.
Hinc fuit quod ponderes eius obsequia reddidimus
quia cautela semper adhibita exegit sensum. Et dum
culpam formidat quibus intuere sapientibus aggregari
sentitur.

Ciprianj laude

Contulit et dignitate sacraru largicionu hoc est laboru tuoz
aptissimu nunq Quam sic casta sic moderata mente per-
egisti ut maiora utiq tibi deberi faceres quamuis cami
magna p'mia suscepisses p hec florida iuuentus exegit
oīb temporib etas matura signauit Consilio quid plu
nales nc fructus tu etate cognostis Sic em adeptus
es senectutis bona ut eius no subires incomoda Hec
sunt que i te estimamus augenda ut sicut es consia
pditus reddaris quoq honore iudiciali reuerendus Et
em bnficijs nris consentanea uite z sup'na iudicia
qn taliu filioz pr effus natura ipa iudicis ee pa
tritius quoru bona uernancia no est absurdu refer-
gn educanciu felicior laus est de filioru pbitate laudari
p'mu quod no minime laudis p'stat iniciu infancia coz
est nota palacio Sic fetus tui more aquile se pbatte
regales oculos ab ipis pene cunabulis ptulerunt
Relucent z gra gentili nc cessant armoru imbui for-
tib institutis pueri stirpis romane nra lingua lo-
quuntur eximie iudicates exhibere se nobis futura fide
quoru iam uidentur affectasse s'mone Hemus vn tibi
felix pr p'miu debeat referri qui z filioru tuoz nob
animos obtulisti Quapp' multis laborib multaq
fide z co'stancia compbato patriciatus tibi deo aus-
pice co'ferimus dignitate honore quidem celsissimu sed
qui tuis m'itis ee pbatur equalis fruere igitur pba-
tissimis institutis ut tu bona tua geminaueris nris item
beneficijs augeaeris ·

Senatui urbis Rome ·

Senatui urb· de eod· 22

I fauore nro dignus est qui uel semel regale po-
tuit impetrare iudiciu quid p'ces co'scripti uir-
magnificus meritur co'ppanus qui nob tociens
gracior dz effici quociens a nobis dignitates accepit
Certates i stadio numerosior corona glificat olimpi-
cos currus frequens palma nobilitat Sic uel i leuib
rebus glosior efficitur cui frequr p'mia referuntur
De p'mo deniq p'stu pt esse cunctato dum multi fallu't
p'ncipis anj Qn facile est ei illudere cui semp notu est
p'stitisse Qz talem mentis exhibuit co'stancia tatu

Verax gloria provenit ex merito

bonorum habuit propositum ut semper in se provocaverit regum munera.
Hec est certa gloria, hec indubitata sententia frequenter po-
tuisse mereri per quod homines constat ornari. Hos et nostre
in tantum curiam decet qui in tantum non ad primos honores
expenduntur. Sed cum magna susceperint maiora itinere per-
meantur. Ornant quoque tales et nostra iudicia quibus bene
prius electis creditur qui sepius approbatur. Grata ipsa
boni adhibita perseverancia predicatur quia magis est laudanda
in ipso qui bonorum propositum custodit. Similes huius
olim patres conscripti Decios, Silles vetustas predicat fu-
isse Corvinos. Neque enim hic vir de quo nobis sermo est non
sibi tantummodo conciliavit arbitrium. Ab uno quippe principe se-
pe preciosi gratia solum forte videtur. Sed sub altero meruisse
provectum apud utrosque integrum constat fuisse iudicium.
Cunctos ergo sequaces habet qui aliquid ex utilitate decernit,
hic autem nostrum provectus sui auctorem meruit ut nos aug-
mentatores dignissime reperiret. Ille in eum fundamentum
posuit bonorum, nos culmen construximus dignitatum.
Et ideo patres conscripti tot laboribus tot laudibus clarificato
illustri viro Cypriano suggestum quoque patriciatus
addidimus ne maior esset meritis suis quam honoribus vestris
sancte vestre collegio quem sepe predecorastis ornamentum. Recur-
rens ad nos reddit qui iam honores suos in libertatis au-
la reposuit, habet etiam unde nobis reddatur acceptior
quam tales curie nostre alumpnos protulit. De quibus quamvis
audivimus post tamen propria nota superavit. Vero infancia trepidos
non ad respondendum ut licebat ignaros variis ling-
wis loquuntur egregie maturis viris coronae misaciis.
Sic tamen nobis noti sunt in ipso etatis primordio adoles-
centia tumuerunt, prestet divina maiestas ut sicut
de patre eorum munificentie nomen extulimus sic et in
eis pietatis nostre titulos augeamus etc.

Bergantio viro comiti patricio etc.

Ut curia nobili affinitate propriis prioribus suis assignet

Licet munificentiam regis quottidie decorat cum
sole revertere et ingiter aliquid facere quo possit
largitas principis apparere, hinc tamen consciencie de-
bitum solvitur quotiens petentibus sub equitate prestatur.

23

Lucrantur principes dona sua, et hoc uere thesauris reponimus
quod famae commodis applicamus. Absit enim ut negemus
affini quod solemus custodire subiectis, quando qui nobis sanguine
coniungitur plus metuitur ne fraudari putetur proprio desiderio qui
militat sub iudice gratioso. Atque ideo illustrem magnitu-
dinem tuam praecelso atque amplissimo uiro Theodatho mas-
sas subter annexas tot solidos pensitantes ex persona
quondam magnificae feminae matris ipsius percipimus re-
formari cuius feliciter dominus plenissime uendicandas
Cuius successionis integrum ius in ea qua percipimus
parte largimur. De cuius fide ac sinceritate praesumimus ut se-
quenti tempore reliqua supra memorati patrimonii cum ad-
iecta quantitate mereatur. Quid enim tali uiro negari poterit
cuius qui etiam meliora suis obtinere possit obsequiis
ut si non probatur affinis uir quem nobilitatis suae
nulla inflat elatio: modestia humilis, prudentia semper aequalis.
Quid a nobis mereatur intendite quem ad gloriam maiorum
trahimus quod enim proximum confitemur. Quapropter
aequissimae iussioni operam ouanter impendite, di-
rectis quoque uiris sedis autharijs designatas massas ac-
toribus eius sine aliqua dilatione contradite ut summa
nobis caritate sociatus gratia praesentis muneris reddatur ac-
ceptior

27

Clero ecclesie Romane v

Quanto diuinitati plura debemus qui a ceteris morta-
libus maiora suscepimus. Nam quid simile repen-
dat deo qui potitur imperio. Et licet pro tanto
munere nichil compensari possit ydonee, ipsi tamen gratia
redditur dum in seruientibus honoratur. Itaque flebili aditione
causamini hoc fuisse longe consuetudinis institutum
ut si quis sacro sancte romane ecclesie seruientem
aliqua crederet actione pulsandum, ad supradicti ciuitatis
antistitem negotium suum dicturus occurreret, ne clericus
noster forensibus litibus prophanatus officiis potius secularibus
occuparetur. Addentes diaconum quorundam ad contumeliam
religionis tanta exsecutionis acerbitate compulsum
ut satius eum priuate custodie crederet mancipandum presbi-
terorum quam est ecclesie romane pro leuibus causis asseritis
criminaliter impetitum. Quod nobis pro ingenita reuerentia

quam nro debemus auctori displicuisse profitemur. Ut q
pridem sacris meruerant inferre iniurys conuencionibz
irreuerenter expositi nephariys iniuriys subiacent Sz alio
rum plectenda subreptio nobis contulit plenissime lau
dis euentu ut causa contingeret prestandi que nos celesti
bz comendacionem auxilys. Atqz io considerantes et aplice
sedis honorem & consulentes desiderys supplicancium presenti
auctoritate moderato ordine definimus ut si quispiam ad ro
manum clerum aliquem pertinente in qualibet causa probabli
crediderit actione pulsandum ad beatissimi pape iudicium
prius conueniat audiendus ut aut ipse inter utrosqz
morem sue sanctitatis agnoscat aut causam delegeret equi
tatis studio terminandam. Et si forte quod credi nefas
est competenciis desiderium sue peticionis clusum tunc ad
secularia fora inrigatiuus occurrat. Cum suas peticiones
probauit a superdicte sedis presule fuisse contemptas. Quod
si quis extiterit tam improbus litigator atqz omnium fuit
iudicio sacrilega mente dampnatus qui reuerenciam
tante sedi exhiberi contempnat. Et aliquid de nris
affatibz crediderit prumendum ante aliquem cognitoris
effectum decem librarum auri dispendio feriatur. Que
a palatinis sacrarum largitionum pertinget exacte per mag
nifice memorati antistitis pauperibus erogentur. Careat
qz impetrati negocy quoqz sui amissione mulctet.
Dignus enim duplici pena percelli qui & diuina reueren
ciam & nra iussa temerauit Sz iterum nos quos iudi
cia nra uenerantur eccliasticas uinite constitutiones.
Magnum scelus est crimen admittere quos nec conuersa
cionem secularem decet habere professio nra uita celestis e
Nolite ad mortalium uota humilia & crudeles descendere
Mundani coerceatur humano iure. Vos sanctis moribz
obedite

Johanni viro sublimi r

Valde dignum est rebus aliena fruare quin nos
eciam propria dona conferre. Quid enim de illa
munificencia possis ambigere qui a nobis
intelligis te mereri. Quod a nris decessoribz accepisti
profitemur itaqz alterius siquidem domini sz nrum esse

mediante

Donat & confirmat noticie
concessionis anni sui super
quadam domo

27

et moderna principis mentem peruenisse tam uelocissimam largi-te
hinc est quod diue memorie auum nostre clementie domum in castro
inculano posita obsequiorum tuorum sedulitate prouoca-
tum constat uoluisse largiri. cuius dispositionem secutus patri-
cius Tholui postea quam illi nostra est liberalitate concessa prefa-
tam domum actu legittimo in tua optime iura transmisit.
Quapropter serenitas nostra uel inchoate uoluntatis desiderium
uel Tholoni plenissime donationis effectum presenti auctoritate corro-
borat ut sepedicta domus patricie recordationis Agnel-
li in Luculano castro posita cum omnibus ad se pertinentibus
in tua uel heredum tuorum possessione permaneat. Et quidquid
de hac facere malueris habebis liberam potestatem. cuiuslibet uel
priuati uel publici nominis personam inquietudine submouente
quam inquisitione fortas-
ses ubi et si quid esset. quolibet causa. qualiter inquisitione
sis ambiguum. huius auctoritatis nostre iudicio constat explosum.
firmiore iuuante deo uelis propriis ex nostra quoque auctoritate
solidatis. Alij enim tibi iura legitima prestiterunt nos posses-
sionis quietem et cunctis seculis securam conferimus.
Sed ne quis forsitan egregie uoluntatis nostre in-
firmitatem existat. iubemus eum qui ex hac re contra
uidus temptator existat. ... uel priuati tibi uel ei ad quem domum
tempore uel fisci nomine uel priuati ... uolueris mouere temptauerit aliqua
designata superius pertinentia ... componere et
questionem pene nomine auri libras tot componere et
frustratum suis ausibus infamatum quod discedere. Hunc enim
uoluntatis sue ... inuenire fructum qui aliquo con-
... uidetur quesisse iudicium.

26

Vniuersis Reatinis et Nursinis

Gloriosus dominus auus noster desideria uestra cognoscens Quidi-
uulem Sybie filium priorem quidem uobis facere
disponebat. sed quia intuemente mortali condicione
nequiuit cogitata complere notum nobis est eius uota
perficere ne tantus uir de aliquo inaniter iudicetur.
Atque ideo presenti auctoritate precipimus
bona potuisse sentire
ut eum priorem feliciter habere debeatis et que ordinauit
per disciplina seruanda ubi maxime utilitas continetur
ei debeatis in omnibus obedire quia sit aui nostri estis moribus
instituti ut et leges libenter audiatis et iudices hoc enim
nostrum committit imperium quod opinionem uestram inter
gentes amplificat. Si talia geratis que et nobis accepta

et diuinitati p̄nt ee gratissima. Robustius enim inimici
nr̄i vincuntur moribus bonis quia quos superna ptegunt
felices, adu̇sarios hr̄e nō p̄nt. pugnatis enim effica-
citer foris dum i sedibus ur̄is iusticiam fouere contenditis
Ista enim duo mutua se amplexacione consociat ut q
equitatem colucit fructu uictorie possidebit Nā que
necessitas ad iniusta compellat cū uos et ptes alant
p̄p̄e et munera ur̄a dn̄o adiuuante ditificent Nam et
si cui aliquid expetendum est spet potius de muni-
ficencia principis quā de p̄sumpcōe uirtutis quia
uobis pficit q̄ romani quieti sunt qui dum erraria
nr̄a ditant. ur̄a donatiua multiplicant &

Vt affligat eos dapnis et penis

21

Saloni et florenciano uiris domicilibus &c

[S]eueritas publica sicut ab innocentibus uacat.
ita nece est ut i scelatis opam sue districtionis
impendat Curia nō semp vnū mentitur iudiciū
diuersa nā psonarū. morbi ipi dissimilibus sucis sa-
nantur herbarū Nam alijs cibus alijs ferrū opta-
tam reuocat sospitatem et p qualitate passionis pre-
ceptū mentitur artificis Et io deuoto ur̄a pfanen-
tium tortoriū inquietant excuuat Et si quos go-
thorum atq romanorum i direptionibus possessoꝝ
se miscuisse repeit sine fcī estimatōm et dampnis
affligatur et penis Curia gemius plectendi sunt qui
nec amonicōibus iustis nec obediendo ee iussis
principis crediderunt Cum maior ambitus est nobis
dominis ita uelle seruire ne comendati bonis iussis
reliqua saltem sui uita secu[ri]tis munere pseruantur

Vt discuciat causam s de occupacōe agri

28

Conigasto uiro illustri &c

[P]ermonuit serenitatem nr̄am constancij atq
Venerij dolenda conquestio quia sibi acharonti-
tane vrbis pprij agellum quod fabriculana no-
minatur cū suo peculio causant ablatū addicē-
tes ne ruū suarū repeticōnibus innnrerent liberis et
condicōm ultime seruitutis imponi. Atq io mag-
nitudo tua decretis obsecuta principibus p̄fatū suo in-
beat adesse iudicio et omī int ptes ueritate discussa

iuri consentaneam et amicam vestris moribus proferre sententiam. Quia sicut grave est de suo dominos iure cedere ita vestris est seculis inimicum servitutis iugo libera colla deprimere. Momenti iure si competunt primitus reddantur invasa ita tamen ut persona legitima disceptationibus non desistat. Cesset violenta presumptio ut causa iudicis cognoscatur arbitrio. Et aut convictos servos cum rebus sibi competentibus possideat aut probatos liberos indempnes utique atque integros derelinquat. Sufficit enim quod ei relaxamus penam qui facere presumpsit iniuriam etc.

29

Honoratis possessoribus Parmensis civit.

[I]ustum est ut libenti animo faciatis que vobis p[ro] urbis vestre utilitate cognoscitis. Nam quod pro sumptu decuit aggredi compendiose nobis constat offerri. Civitatem siquidem vestram diutina siccitate laborantem iuvante deo ductus aquarum noster saluberrima unda visitavit. Cui nunc studio vestro cloacarum ora pandantur ne sordium obitione tardata receptans unda vestris edibus illidatur et quas debuit sordes abluere easdem nobis cogatur inferre. Cui operi quamquam vos urgere debeat tantus amor civium tamen spectabilem virum Genesium precipimus iniungere ut et vos ad meliora provocetis si que iussimus gratanter efficitis etc.

Super eodem et laudantur fluenta aquarum

30

Genesio viro spectabili etc.

[A]more civitatis vestre antiqui operis formam domique quidem annis nostre regia largitate construxit. Sed nichil prodest aquarum copias urbibus immisisse nisi nunc provideatur cloacarum oportuna digestio. More autem humane cuius ista salubritas continetur si quod ore quis suscipit alia parte corporis relaxato effuderit. Et ideo sublimitas tua Parmenses municipes huic faciet operi granter insistere. Cum quibus antiquos cuniculos dunc subterraneos sunt qui ingestur marginibus platearum diligentius emundent ut cum sollempniter optatus vobis liquor influxerit nulla abiti letaminis obitione tardetur. Quia gratam undam non habet nisi que nitide influit et visa semper abscedit. Illa enim

